




EXERCITIUM QUOTIDIANÆ PIETATIS MATUTINIS, DIURNIS, VESPERTINIS HORIS

Accommodatum.



VILNÆ Typis Academ: Societatis IESU.
Anno 1690.



EXERCITIVM MATVTINVM

E somno excitatus exclusis omnib9 otiosis cogitationib9, Crucis signo te muniens, dices:

In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti. Amen.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster.

Psalmus.

LAudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri. &c.

Deinde, mente aut verbis, offeres Deo primum hunc surgendi actum dicens:

DOmine Iesu Christe, ego volo surgere ad laudandum &

amandum te, tibiq; serviendum; quem etiam nunc ex toto corde amo, laudo, & benedico, intende mihi, & adjuva me.

Inter surgendum dices:

Spiritûs S. gratia illuminet sensus & corda nostra.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terrã.

In nomine Domini Iesu Christi surgo, ille me benedicat, regat, custodiat, & ad vitam perducat æternam, Amen.

BEnedicta sit S. Trinitas atque indivisa Vnitas, confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

MARIA MATER gratiæ,
Mater Misericordiæ,
Tu nos ab hoste protege,

E

Et mortis horâ ſuſcipe.

ANgele Dei, qui cuſtos es mei me tibi commiſſum pietate ſupernâ hodie illumina, inſtrue cuſtodi, rege, & guberna, Amen.

Si aliquid ſuperfuerit temporis addes:

Ave maris ſtella. vel, O Dom: mea S. Maria &c.

Veſtitus & lotus

Cenſeres te ad locum orationis, & præſtabis quinq; compreheſa hoc verſu.

LAVDA, OFFER, MEMOra, SVPPLEX PROPONE, SATIS FAC.

1. LAVDA Deum, gratias Divinæ eius Majeſtati agendo pro omnibus beneficijs, potiſſimùm pro illius noctis cuſtodia, ſic v. g.

ADoro te super benedicta Trinitas, & glorio a Vnitas, Pater, Fili, Spiritus S. Vnus Deus. Amo te, laudo te, tibiq; gratias ago pro universis beneficijs tuis, omnibus diebus vitæ meæ, potissimùm verò hac nocte mihi concessis.

2. OFFER Deo Te, tuaque omnia, & pete gratiam, ut quidquid totâ die facturus es, facias secundùm divinam voluntatem & ben placitum ejus v. g.

Te sic offeres.

ECce ó gloriosa Trinitas, ego N. hunc diem aggredior, & in eo offero me totum in odorem suavitatis: Offero animam meam, cum omnibus ... is suis: offero corpus meum, ut tibi semper serviat, amet, & revereatur: offero voluntatem meam, fac de me quod placet.

placet. Dignare Deus meus hãc oblationem acceptare, & ne relinquas me in me, ut ſim totus in te. ℟. Amen.

Tua omnia ſic offeres.

O Bone IEsu, omnes & ſingulas hujus diei actiones ex intimo amore Tui. offero Tibi ad laudem & gloriam nominis tui, & glorioſiſſimæ Humanitatis Tuæ, IEsu mi: Ad laudem Beatiſſimæ Matris Tuæ, in honorem S. Michaëlis Archangeli, S. Angeli Cuſtodis, SS. omnium, ac præcipuè Patronorum, & S. Patroni mei N. hoc menſe mihi conceſſi. Cedãt omnia opera mea ad ſalutem animæ meæ, ſecurum vitæ ſtatum, ac felicem mortem obtinendam. A tua demum immenſa bonitate, per ſanguinem tuum pretioſiſſimum

mum peto suppliciter, ut ad obsequium Tibi in omnibus operibus meis exhibendum gratiam mihi uberem largiaris Amen.

3. MEMORA. *Revoca tibi in mentem defectus, ad quos te magis propensum in examine hesterno & aliàs observâsti.*

4. SVPPLEX PROPONE, *Seriam in omnibus vitijs, quæ in te observâsti, emendationem, cum ardentissima Divinæ opis imploratione, & tui ac tuorum in manus Divinas commẽdatione. Hic valet illa.*

PIA PROTESTATIO

Corã Deo frequentiùs facienda.

Si quidquã ô mi Deus cogitavero, dixero, fecero per imprudentiã, quod divino beneplacito tuo repugnet; coram Te Domine, to-

taq; Curia cœlesti protestor, id, præter, & contra meam voluntatem fieri; si aliter accidat, miserere mei Domine, & errantem illico revoca, cadentem subleva, & ne id contingat, per bonitatẽ tuam rogo Te misericordissime Deus, ut benedictione tuâ me prævenire & tanquam rem tuam possidere, & regere digneris. Vnicè velim mi Deus, quod tu vis, & quod tu non vis, & ego unicè nolim. Hæc mea unica sit voluntas, voluntatis tuæ beneplacitũ quærere, ac facere in omnibus.

Si quid Domine à te petam; ne largiaris petenti, quod honori tuo deroget, quod Tuæ voluntati repugnet. Scio ô bonitas, scio id solum mihi obesse, quod Tibi non placet.

Ergo

Ergo Te, per Sacratissimæ Virginis Mariæ merita, Angelorum, & Sanctorum tuorum vota oro, da mihi odium mei, & Tui in omnibus amorem.

Pietatis Marianæ renovatio.

SAncta Maria Mater Dei & Virgo, Ego N. te hodie in Dominam, Patronam & Advocatam eligo, firmiterque statuo ac propono, me nunquam Te derelicturum, neque contra Te aliquid unquam dicturum aut facturum, neque permissurũ; ut à meis subditis aliquid contra tuum honorem unquam agatur. Obsecro Te igitur, suscipe me in servum perpetuum, adsis mihi in actionibus meis, nec me deseras in hora mortis, Amen.

Pia Sui commendatio.

O Be-

O Benignissima Mater, & singularis Advocata, S. Angele Custos, & omnes Sancti, commēdo me vobis hodie, & omnia istius diei exercitia, cogitationes, verba, & opera: adjuvate, custodite, auxilia & bona necessaria impetrate: à vitio N. (in quod maximè propensus sum) & omni peccato præservate, atq; in hora mortis mihi assistite. A.

Pia commendatio aliorum.

BEnignissime Deus, commendo Tibi Ecclesiam Catholicam, Regnum hoc ac locum. Commēdo Fideles omnes Vivos atque Defunctos, præsertim meos Parentes, Fratres, Sorores, Amicos, Benefactores; & alios pro quibꝰ orare teneor, & in particulari N. pro quo tuam semper supplex de-

precor-

precor majeſtatem.

℣. Dignare Dñe die iſto;

℟. Sine peccato nos cuſtodire.

℣. Miſerere noſtri Dñe.

℟. Miſerere noſtri.

℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.

℟. Quemadmodũ ſperavimus in te.

℣. Domine exaudi orationem (meam,

℟. Et clamor meꝰ ad te vaniat.

Oremus.

DOmine Deꝰ Omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire feciſti, tuâ nos hodie ſalva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatũ, ſed ſemper ad tuam juſtitiam faciendam, noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Chriſtum Dñum noſtrum. A.

DIri-

DIrigere & sanctificare, regere & gubernare dignare Domine Deus Rex cœli & terræ, hodie, corda, & corpora nostra, sensus, sermones & actus nostros, in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum, ut hic & in æternũ, te auxiliante salvi & liberi esse mereamur, Salvator mundi: Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

SAncta Maria & Omnes Sancti intercedant pro nobis ad Dominum, ut nos mereamur ab eo adjuvari & salvari. Qui vivit, &c. ℟. Amen.

5. *SATIS FAC Legi S. Congr: (si sodalis sis) ter* Pater: & Ave: *ac* Symbol: *Apostolicum, cum* Salve Regina, *recitando. Subjunges hîc salutationẽ Angelicaã:*

℣. Angelus Dñi nũnciavit Mariæ,
℟. Et concepit de Spiritu S... Ave Maria, &c.
℣. Ecce Ancilla Domini.
℟. Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Ave Maria &c.
℣. Et verbum Caro factum eſt.
℟. Et habitavit in nobis. Ave Maria, &c.

Oremus.

GRatiã tuam, quæſumus Domine mentibus noſtris infunde; ut qui Angelo nũciante, Chriſti Filij Tui Incarnationẽ cognovimus, per paſſionem ejus & Crucem, ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.
℣. Divinum auxilium:
℟. Maneat ſemper nobiſcum.

℣.

℣. Nos cum prole pia:
℟. Benedicat Virgo Maria. A.

Ante studia (cum S. Thoma Aquinate) orabis.

CReator ineffabilis, qui de the-
sauris sapientiæ tuæ, tres An-
elorum Hierarchias annotâsti, &
as supra cœlum empyreum mi-
o ordine collocâsti, atque ele-
antissimè partes universi distri-
uisti. Tu inquam, qui verus fons
uminis, & sapientiæ diceris; at-
ue supereminens principium, in-
ndere digneris super intellectûs
ei tenebras tuæ radium clarita-
s, duplices, in quibus natus sū
me removens tenebras, pecca-
m scilicet, & ignorantiam. Qui
nguas infantium facis esse diser-
s, linguam meā erudias, atque
labijs meis gratiam tuæ bene-
dicti-

dictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi ſubtilitatem, addiſcendi facilitatem loquendi gratiam copioſam; ingreſſum inſtruas, progreſſum dirigas, egreſſum compleas: Per Chriſtum Dominum noſtrum. A

EXERCITIVM DIVRNVM.

Quoties interdiu; quando, & quomodo orandum?

ORandum eſſe ſine intermiſſione monet Apoſt: (1. Theſſal 5.) quod haud difficulter præſtari poterit, ſi tum omnia die opera actioneſq; Divinæ Majeſtati commendata, in ejuſdem laudem offerantur (unaquæque enim ex amore Dei inchoata o-

perati

peratio, continua est oratio) tum
i interdum breviusculis orati-
unculis vulgò jaculatorijs, tan-
quam sagittis quibusdam aureis,
Divinum Cor (liceat sic nostro
modo dicere) impetatur. Suadet
id D. Hiero:(scribens ad Eusto:
de Cust: Virg:) cùm inquit: E-
rediĕtes de hospitio armet ora-
tio; regredientibus de platea,
ratio occurrat, antequam sessio;
nec priùs corpusculum quiescat,
quàm anima pascatur. Ad o-
mnem incessum, manus pingat
Crucem. Porro ne hoc exerciti-
um parùm devotis tædiosum, a-
ut occupatis prolixũ videatur,
brevibus illud, certarum actio-
num limitibus circumscribemus.

Orandum est ergo.

In egressu Domûs

Signo

Signo Crucis facto dicet.

DEduc me Domine in via tua & ingrediar in veritate tua: Lætetur cor meũ ut timeat nomẽ tu (*Psal: 85.*) Vias tuas Domin demonstra mihi: & semitas tua edoce me. (*Psal: 24*) Gressu meos dirige secundùm eloquium tuum; & non dominetur in me o mnis injustitia. *Psal: 118.*

In ingressu Cœmeterij.

Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis

In ingressu Ecclesiæ dic.

Domine in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domũ tu am, adorabo ad templum Sanctum tuum & confitebor Nomini tuo

In aspersione aquæ lustralis.

Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lavabis me, & supe nive:

nivem dealbabor.

In adoratione venerabilis Sacramenti.

Adoro te, amo te, & benedico Tibi Domine IESV Christe: quia per sanguinẽ tuum redemisti me.

vel.

AVe verũ corpus natũ ex Maria Virgine, veré passum, immolatum in cruce pro homine: Cujus latus perforatũ vero fluxit Sanguine: Esto nobis prægustatum mortis in examine. O clemens, ô pie, ô dulcis IESV, Fili Mariæ, miserere nostri. Amen,

Ante quamcumq; actionem.

EGo volo, v. g. me recreare purissimo amoris tui mi IESV, intuitu, ad laudem, & gloriam nominis Tui, in honorem Divinissimæ Humanitatis Tuæ, Sanctissimæ

Ma-

Matris Tuæ & omnium SS. ad u
tilitatem, & salutẽ animæ mea
auxiliator mi intende mihi, & ad
juva me.

Finito opere, sic ora.

OMi Deus, Tibi sit laus, hono
virtus & gloria, ab omni cre
tura, mihique remissio omniũ pe
catorum, nunc & semper, & pe
infinita sæcula sæculorum. Am

Ad cujusvis horæ auditæ sonũ
Dic: Ave Ma: &c. *ut consequa*
Indulgentias mille dierum,
Leone X. cõcessas. Subjunge
Amo Te Deus mi, desidero am
re Te, fac ut in horas singu
proficiam in amore tuo.

In quacunq; Dæmonis, au
Carnis tentatione, sic orabis

ORo Te Bone IESV, per
vulnera, precor Te Mater I

er tua ubera, ut ſim liber ab hac
ntatione,
Eripe me Domine de inimicis
cis, ad te confugi, doce me fa-
ere voluntatem tuam: quia Deꝰ
neus es tu.
Pone me Domine juxta te, &
ujuſvis manꝰ pugnet contra me.
Cor mundum crea in me Deus,
& ſpiritũ rectũ innova in viſceri-
us meis.

Maria Mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et mortis horâ ſuſcipe.

*In tentationibus porrò præſer-
tim Carnis, hæc ſervare juvabit*
*1. Subitò deſerendæ ſunt oc-
caſiones, ex quibus fortaſſis illæ
tentationes ortum habent.*
2. Nil morandum in prævijs
fugge

ſuggeſtionibus, ſed ſubitò mens aliò avertenda.

3. Si ſuggeſtiones pravæ importuniùs ſeſe menti ingeſſerint, animo confirmato, hæc, vel ſimilis proteſtatio facienda eſt.

MIllies mori malo, quàm Te amor mey, Deꝰ meus, vel minimùm offendere, quàm tibi Serpẽs antique, Draco cruente, in perniciem animæ meæ, morem gerere. O pijſſime IESV adjuva pugnantem, corona triumphantẽ. O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo MARIA, adſis mihi nunc propitia, &c.

4. Ponẽda eſt ante oculos præſentia Dei cuncta tua ſpectãtis; cogitãdũque, quòd ſi in oculis hominum in genu. peccati perpetrare erubeſceres, multò magis eru.

rubeſcere debeas in conſpectu Dei altiſſimi, totiuſque curiæ Cæleſtis, ſingula tua cogitata, dicta, facta, intimè videntis.

5. Non parùm conducit ad avertendas pravas cogitationes, mutare interdum locum, aut occupationem in aliquid ſerium.

6. Denique contra carnē pugnandum eſt, affligendo illā Cilicijs, Diſciplinis, Ieiunijs, & alijs ſimilibus Mortificationib9.

PRO FELICI MORTE.

SAngvine tuo Chriſte IESV; à peccatis omnibus lava me, & concede, ut anima mea, cùm è corpore migraverit, ante Tribunal tuũ appareat munda.

O Bone IEsu, ne deſeras me in ultimis anguſtijs; ſuprema mortis lucta,

lucta, à qua tota pendet ÆTER
NITAS.

CHriste IEsu Patientissime, re
cordare Te in extremis illis an
gustijs lachrymatū, & deseri que
stū esse, spiritū Patri cōmendâsse
exclamâsse, expirâsse. Ad Te, ego
jam clamo, ut Tu meus Servato
spiritū meū suscipias in hora mor
tis meæ, quocunque morbo, tem
pore, aut loco è corpore abeuntē

REcordare, bone IEsu, in Cru
ce Te brachia expandisse, pe
ctus aperuisse, caput inclinâsse: C
Domine, ecce, anima mea in hor
mortis meæ, à rebus omnibus cre
atis deserta, palpitans, & tremēs
in Vulneribus Tuis, refugiū quæ
rit, in illa brachia Tua se immitti
in Tuum illud pectꝰ sese ingeri
admitte obsecro, miserā & ne ind

extu

xturbes, donec ira tua tranſeat.
ic ſecura, hic ab inferorum ſa-
llitibus tuta, lateat.

AD S. BARBARAM
Hymnus.

AVe Martyr glorioſa,
Barbara mundum peroſa;
radiſi vernans roſa,
Caſtitatis lilium.
ve virgo pulchra tota,
haritatis fonte lota,
ulcis, mitis, & devota,
Vas virtutum omnium.
ve criminis ignara,
onſum audis voce clarâ,
eni pulchra, veni chara,
Veni coronaberis!
ve Barbara ſerena,
lchra, quaſi luna plena;
ngulari cantilenâ
Sponſum Agnum ſequeris.

B Ave

Ave Barbara beata,
Quæ cum Sponſo præparata,
Nuptiarum ad optata
Tranſiviſti gaudia.
Ave fulgens margarita,
In corona IESV ſita,
Tam in morte, quàm in vita,
Sis nobis propitia.
℣. Specie tuâ & pulchritudin(tu
℟. Intende proſperè, procede
regna. *Oratio.*

INterceſſio nos quæſumus Di
Beatæ Barbaræ Virginis, & Ma
tyris tuæ ſemper adjuvet, ut in
parati & ſubitò non moriamu
ſed ante diem mortis noſtræ Sa
ctiſſimi Corporis & Sangvinis tu
ſacrique Olei unctionis Sacram
tis ſalubriter muniamur & ab
mni malo protecti, ex hoc exili
ad cæleſtem patriam perducam
Qui vivis & regnas &c. A.

Ad S. Patronũ menstruum:
Hymnus.

Dive quem cœli Dñus Patronũ,
Mēſe præsēti mihi deſtinavit
Cælit9 clemens opis indigentem,
Cerne clientem.
Me pij IEsu precor, & benignæ
Virginis Matris, fidei tuendum,
Urbis, & Divis reliquis, ſupernæ,
Civibus offer.
Uſque ad æternæ Patriæ beatos
Limites ſerva famulum; potiri,
Lætus, ut tandem valeā perenni
Lumine vitæ.
V. Ora pro nobis ſancte N.
R. Vt digni efficiamur promiſſi-
onibus Chriſti.

O R E M V S.

Deus tuorum gloria ſanctorũ,
præſta (quæſo) ut interceſſio-
ne Sancti tui N. Patroni mei li-

berer à cunctis malis animæ & corporis, ac eodem Duce Com teq; ſecurior, ad vitam perveni am ſempiternam. Amen.

AD S. CASIMIRVM
Hymnus.

CAſimire, terris mire,
Cœlis mirabilior
Qui in cœlis cunctis ſtellis,
Fulges glorioſior;
Polonorum Maximorum,
Sangvis Regum inclyte,
Sanctitatis, Pietatis,
Norma Lechis addite.
Tui mores, verni flores,
Cœlorum deliciæ;
Pietatis, Puritatis,
Atque Pudicitiæ
Illibatus, matre ſatus,
Non ſervîſti ſangvini,
Sed te totum conſecrâſti,
Matri, Virgo Virgini;

Robur mentis confer, ſentis
Dum nos carnis cruciat,
t hunc florem, cœli rorem
Nec mors nobis rapiat.
u Cantâſti, prædicâſti
Pœnè ſuper hominem,
letro gravi, voce ſuavi,
Matrem DEI Virginem,
)mni die, fac MARIÆ
Mea cantet anima,
e ſequatur, amplectatur
Illam, devotiſſima.
. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.
. Et oſtendit illi Regnum Dei.

Oratio.

DEus, qui inter regales delicias, intactũ à mundi illecebris, Spitũ S. Caſimiri Confeſſoris tui onſervâſti; quæſumus, ut tui fieles, ita in amore tuo firmentur,

ut & terrena despiciant, & ad cœlestia sẽper aspirent. Per Christū &c. Amen.

Vtendum est præterea Ejaculatorijs oratiunculis.

EIaculatoriæ Orationes, sunt breves quædam, & fervidæ mentis in Deũ elevationes, quarum usus perutilis est ad promovendam devotionẽ; modò voci non desit cor. Possunt autem esse hæ, vel similes, quas pia anima adinvenerit. Ejaculatoriæ Orationes.

1. Benedictus Deus in æternum.
2. Deus meus & omnia.
3. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.
4. O IESV mi dulcissime, spes suspirantis animæ.
5. Amor meus, Iesus meus.

Miſerere mei Deꝰ, miſer: mei.
Diligã te Dñe, fortitudo mea.
Amo te Deꝰ meꝰ amor meus.
Serò te amavi, pulchritudo tam antiqua, & tam nova, ſerò te amavi.
Mihi, adhærere Deo, bonum eſt, & ponere in Dño Deo ſpẽ meam.
Tota ſpes mea Dñe, non niſi in valde magna miſericordia tua
Da quod jubes, & jube quod vis!
Amor, qui ſemper ardes, & nunquã extingueris, Charitas Deus meus, accende me.
Dñe Ieſu Chriſte amẽ Te, ſolùm propter Te, & nihil amem, niſi Te.
Adauge Ieſu mi laborẽ & dolorem, modò augeas & amorem,
Maria Mater gratiæ,

Mater misericordiæ, &c.
16. O clemens, ô pia, ô dulcis Vir go Maria.
17. Domina mea es; en ego serv tu9 Mater ecce Fili9 tu9.
18. JESVS & MARIA mei dul cissimi amores: patiar ego, amo re vestri. Tot9, sim vester, nul lus me9 &c. PRAXES PIÆ
Aliquorũ actuũ supernaturaliũ
PRæter dicta iam in exerciti Diurno, occurrunt actus con tritionis, Doloris, & Amoris a deo pretiosi, ut si attentè, & debi tè fiant, momento, vel mille eti am gravissima peccata extin gvant, honorẽ Deo, homini De gratiam restituant, ac beatan Æternitatem tribuant, si qu (sublata Confessionis occasione sic mori contingat. Vnde exer
cend

cendi sunt quotidie saltem mane & vesperi, ac potissimùm ingruente tentatione & morte, demũ ante Confessionẽ & Cõmunionẽ.

Actus contritionis.

DOmine (1) IEsu Christe, verus DEVS & Homo, Creator, ac Redẽptor meus: *pœnitet* (2) me ex toto corde, quod offenderim Te Dñum & Deũ meũ· quem (3) *Amo* super omnia & *propono*, (4) firmiter ampliùs nõ peccare, omnesq; peccandi occasiones devitare, confiteri; ac implere pænitentiã, quæ mihi fuerit injuncta. Et in satisfactionem peccatorũ meorum. *Offero* (5) tibi passionẽ tuã, merita B. Mariæ sẽper Virginis, & omniũ Sanctorum tuorũ; omnia opera mea, & totã vitã meã. Et *Confido* (6) in bo-

nitate & misericordia tua infinita quòd per merita pretiosi Sangvinis, ac mortis tuæ, mihi remissurus sis omnia delicta mea, & gratiam (7) uberem largiturus, quâ vitam sanctè instituere, tibique perfectè usque ad finem servire valeam, Qui cum Patre, sanctoq; Spiritu vivis & regnas Deus, in sæcula benedictus. Amen.

Affectus in hoc Actu expressi, sunt hi:

1. Actus Fidei 2. Dolor de peccatis 3. Amor Dei super omnia 4. Propositum de futuro 5. oblatio sui per Christum 6. Spes veniæ per Christum 7. Petitio gratiæ & auxilij Dei Ex his effectibus colliges num verè de peccatis doleas.

Actus

Actus amoris DEI.

O Mi amantissime Deus ad te Sũmum Bonũ toto cordis affectu feror. 2. In immẽsa bonitate tua exulto. 3. & gaudeo quòd te õnes Angeli honorent & laudent. 4. O mi Creator, quàm ego cupio, vt omnes homines te agnoscant, colant, tibi uni serviant: 5. Ah quàm me pœnitet omniũ peccatorũ meorũ! 6. Et ideò statuo, legẽ tuam posthàc in omnib9 observare: 7. omne solatiũ meũ, in sanctissimo tuo beneplacito quærã. 8. Aversabor quicquid tibi displicet. 9. Mi De9 omnia mea, tua sunt, tibi omnia consecro. 10, Propter te adversa õnia libenter tolerabo. 11. Permissione & dispositione tua, semper contentissimus ero. 12. O Bonitas tuũ in me amorẽ adauge!

13. O charitas, nunquam amare Te desinam. *Tum sic ora.*

O mi Deus, Cor cordis, & Vita vitæ meæ, per temetipsũ oro te ut discã verè amare te, benedicere & laudare te, & in amore tuo suavissimo, usque ad finẽ vitæ meæ perseverare. Amen.

Actus Fides.

HVmillimè adoro, & firmissimè credo, ô Sanctissima Trinitas, Te Deũ Vnum in essentia, Trinũ, in personis. Credo Patrẽ ingenitũ verũ Principiũ omniũ, Filium Dei Vnigenitũ Redẽptorẽ & Salvatorem meũ. Spiritũ S à Patre & Filio procedentẽ, gratiarũ omniũ largitorẽ. Credo universa à te Deus meus revelata, mihiq; ab Ecclesia S. ad credendũ proposita, quia tu infinitæ authoritatis Deus,

ita

ta revelâſti. Et proteſtor, me
nillies ſatiùs mori velle,quàm vel
ninimùm à S. Catholica, & Apo-
tolica Eccleſia, recedere: De9
ıe9 adauge fidẽ meam.

Actus Spei.

TOtã meã ſpem colloco in te mi
Ieſu, ac in virtute Sanctiſſimæ
'aſſionis tuæ,expecto quæcunque
nihi promiſſa ſunt: quia tu ſũmè
onus nobis es, ſpero te affuturũ
n pugna ſpirituali Adjutorem: in
eceſſitatib9, & anguſtijs Tutorẽ,
n horâ mortis meæ vitã & coro-
am meã. Oro te, ut non confun-
ar, quia ſperavi in te, mi IESV.

MODVS CONFESSIONIS Sacramentalis.

Ad Confeſſionem accedens hoc ſervabis.

Ante

Ante Confessionem.

1. *Diligenter Conscientiam tu-am discute.*
2. *Contritionẽ de peccatis excit.*
3. *Emendationẽ seriam propone.*

Ad habendam contritionẽ utere oratione.

Domine Iesu Christe, *ut supra num.* 26.

Item. Siquidquam *num.* 6.

In ipsa Confessione.

Ad Confessarium quem elegeris accedens, utroque genu flexo & nudo capite, facie non ad vultum sed ad latus Confessarij versâ signa te Cruce & dic: Benedicite Pater: *& post benedictionẽ à Sacerdote datam prosequaris Confessionẽ generalẽ,* Confiteor Deo &c. *usque ad verba,* mea maxima culpa. *Tunc confitere peccata,*

atque hæc tria observa, ut.

1. Nihil voluntariè reticeas, quod necessariò dicendum est. 2. Certa pro certis, dubia pro dubijs specifica & mortalia enumera.

2. Vbi peccata omnia dixeris, in ijsdem contritionẽ (Ideo precor B. M. &c. ad finẽ dicendo) *iterũ excites. quò te meliùs disponas ad accipiendum à confessario absolutionem.*

Post Confessionem.

1. Pœnitentiã assignatã persolvas, & propositum renoves.

2. Defectus deprehensos adhibitis medijs deinceps emendes,

3. Malefacta pijs postea obsequijs Compenses.

ORATIO.

Præparatoria ad Confessionem Sacramentalem.

Con-

COnditor cœli, & terræ, Re
Regũ & Dñe Dominantiu
qui me de nihilo feciſti ad imag
nẽ & ſimilitudinẽ tuã & me pr
prio tuo ſangvine redemiſti, qu
ego peccator non ſum dignus n
minare, nec invocare, nec cord
cogitare. Te ſuppliciter depre
cor, & humiliter exoro, vt clem
ter reſpicias me ſervum tuũ n
quam, & miſerere mei, qui miſe
tus fuiſti mulieri Chananeæ, &
Mariæ Magdalenæ, qui peperciſ
Publicano, & Latroni in cruc
pendenti. Tibi confiteor Pat
pijſſime peccata mea: quæ ſi vol
abſcondere, non poſſum tibi Dñe
Parce mihi Chriſte, quẽ ego n
per multùm offendi cogitand
loquendo & operando, & in o
mnibus modis, in quibus ego fr

ilis homo & pecator peccare
otui, mea culpa, mea culpa,
nea maxima culpa. Ideò Domi-
e precor tuã clementiã, qui de
œlo pro mea salute descendisti,
uiDavid à peccati lapsu erexisti:
arce mihi Dñe, parce mihi Chri-
te, qui Petro te neganti peperci-
ti. Tu es Creator meus, & Re-
lemptor meꝰ, Dñus meꝰ, & Sal-
ator meus, Rex meus, & Deus
neus. Tu es spes mea, & fiducia
nea, gubernatio mea & auxiliatio
nea, consolatio mea, & fortitudo
nea, defensio mea, & liberatio
nea, vita mea, salus mea & resur-
ectio mea, lumen meum, & desi-
leriũ meũ, adjutoriũ meũ, patro-
cinium meũ. Te deprecor & ro-
go, adjuva me & salvus ero. Gu-
berna me, & defende me cõforta
me,

me, & consolare me, confirma me, & lætifica me, illumina me, & visita me. Suscita me mortuum, quia factura & opus tuum sum. Domine ne despicias me, quia famulus & servus tuus sum, quamvis indignus & peccator, sed qualiscũq; sim, sive bonus, sive malus, semper tuus sum. Ad quē ego fugiã nisi ad te vadam? Si tu me eijcis, quis me recipiet? Si tu me despicis, quis me aspiciet? Recognosce me ergo indignũ ad te refugientem, quamvis sim vilis, & immundus: quia si vilis & ĩmundus sum, potes me mundare: si cæcus sum, potes me illuminare; si infirmus sum, potes me sanare; si mortuus & sepultus sum, potes me resuscitare, quia major est misericordia tua, quàm iniquitas mea.

Major est pietas tua, quàm impie-
tas mea: plùs potes dimittere, quàm
ego committere; & plùs parcere,
quàm ego peccator peccare. Non
ergo despicias me Dñe, neque at-
tendas multitudinē iniquitatū me-
arum, sed secundùm multitudinē
miserationum tuarū miserere mei,
& propitius esto mihi maximo
peccatori: dic animæ meæ. salus
tua ego sum: Qui dixisti: nolo
mortē peccatoris, sed magis ut
cōvertatur & vivat: converte me
Domine ad te, & noli irasci con-
tra me. Deprecor Te Clementis-
sime Pater propter misericordiam
tuā, supplico, & exoro, ut per-
ducas me ad bonū finē & ad verā
pœnitentiā, puram confessionem,
& dignam satisfactionem omnium
peccatorū meorum Amen.

O-

Oratio ante confessionem Sacramentalem:

SVscipe confessionẽ meã Pijssime & Clementissime Dñe Iesu Christe, unica spes salutis animæ meæ & da mihi obsecro, contritionẽ cordis & lacrymas oculis meis, ut defleam diebus ac noctib; omnes negligẽtias meas, cum humilitate & puritate cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine. Si iratus fueris contra me, quem adiutorẽ quæram? Quis miserebitur iniquitatibus meis? Memento mei Domine qui Chananeam & Publicanũ vocâsti ad pœnitentiã, & Petrũ lacrymantem suscepisti Dñe Deus meus suscipe preces meas. Salvator mundi IEsu bone, qui te Crucis morti dedisti, ut peccatores

salvos

ılvos faceres, recipe me miserũ
eccatorẽ invocantẽ nomen tuũ,
& noli sic attendere malũ meum
ut obliviscaris bonũ tuum. Etsi
ommisi, unde me damnare potes
u nõ amisisti, unde saluare soles.
arce ergo mihi, qui es Salvator
eus, miserere peccatrici animæ
eæ, solve vincula eiꝰ, sana vul-
era Dñe IEsu, Te desidero, Te
uæro, Te volo: ostende mihi fa-
em tuam, & salvus ero. Emitte
itur pijssime Domine meritis
urissimæ, & immaculatæ semper
irginis Genitricis Tuæ Mariæ,
Sanctorũ Tuorũ, lucẽ tuã & ve-
atem tuã in animã meam, quæ
nnes defectus meos in veritate
ihi ostendat, quos confiteri me
oportet, atq; juvat, & doceat,
sos planè & contrito corde ex-
plicare,

plicare, Qui vivis & regnas in sæcula sæculorũ. Amen.

Oratio post Confeſſionẽ.

SIt tibi Domine, obſecro meritis Beatæ ſemper Virginis Genitricis Tuæ Mariæ & omniũ Sanctorum, grata & accepta iſta confeſſio mea, & quicquid mihi defuit nunc & aliàs de ſufficientia contritionis, de puritate & integritate cõfeſſionis, ſuppleat pietas & miſericordia tua, & ſecundùm illã digneris me habere pleniùs, & perfectiùs abſolutum in cælo. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

MODVS AD SACRAM
Cõmunionẽ accedendi.

Ad Sacrã Cõmunionẽ accedendo hæc ſervare juvabit; ut Ant Communionẽ.

1. Contritio de peccatis innovetur, ſenſus cuſtodiantur, & omnia, quæ ab amore Dei avocant, removeantur.

2. Deſideriũ hujus Divini Cibi excitetur.

3. Profunda humilitas & reverentia procuretur.

Circa ipſam Communionẽ

1. Fides de præſentia Chriſti in Euchariſtia excitetur.

2. Spes omniũ, ab eo qui ſe ipſum dat concipiatur.

3. Actus amoris, erga tam bonũ Dominum excitetur.

poſt Communionem.

1. Gratiæ pro beneficio Euchariſtiæ agantur.

2. Sẽſus majore curâ cuſtodiãtur.

3. Negotiũ proprium cum hoſpite tanto, tum ſe ipſum illi offerẽdo,

do, tum necessaria sibi ad salutem ab illo petendo diligẽter agatur.

Oratio De Thomæ Aquinati, ad Deum Patrem, ante S. Communionem.

OMnipotens sẽpiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentũ Vnigeniti Filij tui Dñi nostri IEsu Christi. Accedo tanquã infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lucem claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli, & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatẽ, lavare fœditatem, illuminare cæcitatẽ, ditare paupertatẽ, vestire nuditatem, ut te panem Angelorum, Regem Regũ & Dominum dominantiũ, tantâ suscipiam contritione

itione & fide, tali proposito,
: intentione, sicut expedit salu-
animæ meæ. Da mihi quæso
Dominici Corporis & Sangvinis
on solùm suscipere Sacramentũ,
d etiam rem & virtutẽ Sacramẽ-
. Omitissime Deꝰ, da mihi cor-
us unigeniti Filij Tui Domini
ostri Iesu Christi quod traxit de
irgine Maria, sic suscipere: ut
orpori suo mystico merear in-
orporari & inter ejus membra
onnumerari. O amãtissime Pater,
oncede mihi dilectum Filiũ tuũ,
uẽ nunc velatum in via suscipere
opono revelatâ tandem facie
erpetuò contemplari Qui te-
um vivit & regnat, &c.

ORATIO

D. *Ambrosij, ad Deum Filium ante Communionem.*

Ad menſã dulciſſimi cõvivij t
pie Dñe Ieſu Chriſte, ego pe
cat[o]r, de proprijs meritis nil
præſumens, ſed de tua confide
miſericordia & bonitate, acced
re vereor & contremiſco. Na
cor & corpus habeo multis crim
nibus maculatũ, mentẽ & ling
non cautè cuſtoditam. Ergo ô p
Deitas, ô tremenda Majeſtas, e
miſer inter auguſtias deprehen
ad te fontem miſericordiæ recu
ro, ad te feſtino ſanãdus, ſub t
protectionẽ fugio & quẽ judi
ſuſtinere nequeo, Salvatorem h
bere ſuſpiro. Tibi Domine plag
meas oſtendo: Tibi verecundi
meam detego. Scio peccata m
multa & magna, pro quibꝰ tim
Spero miſericordias tuas, qu
non eſt numerus. Reſpice e

me oculis misericordiæ tuæ D.
Esu Christe, Rex æterne. Deꝰ
homo, crucifixus propter ho-
inem. Exaudi me sperantẽ in te:
iserere mei pleni miserijs & pec
atis, Tu qui fontem miserationis
unquã manare cessabis. Salve sa-
taris victima pro me & omni hu-
ano genere in patibulo crucis
blata. Salve nobilis & pretiose
angvis de vulneribus crucifixi
omini mei Iesu Christi proflu-
ns & peccata totius mundi ab-
ens: Recordare Domine crea-
ræ tuæ, quã tuo sangvine rede-
isti: pœnitet me peccâsse, cupio
mendare quod feci. Aufer ergo
me clementissime Pater omnes
niquitates & peccata mea, ut pu-
ificatus mente & corpore, dignè
egustare merear sancta sanctorũ:

& concede ut sancta prælibati
Corporis & Sangvinis tui quã eg
indignus sumere intendo, sit pec
catorũ meorũ remissio, sit delicto
rum perfecta purgatio, sit turpi
cogitationũ effugatio ac bono
sẽsuũ regeneratio, operumq; tib
placentium salubris efficacia, a
nimæ quoque & corporis contr
inimicorũ meorum insidias firmi
sima tuitio, Amen.

Rythmus S. Thomæ Aquinati
ad Sacrã Eucharistiam.

Adoro te devotè, latẽs Deita
Quæ sub his figuris verè latit
Tibi se cor meũ totum subijcit:
Quia te contẽplans, totũ deficit
Visꝰ, tactꝰ, gustus, in te fallitu
Sed auditu solo tutè creditur.
Credo quidquid dixit Dei Fili
Nil hoc Verbo veritatis verius.

In Cruce latebat ſola Deitas?
At hic latet ſimul & humanitas,
Ambo tamē credēs, atq; cōfitēs,
Peto, quod petivit latro pœnitēs.
Plagas, ſicut Thomas, nō intueor;
Deū tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſēper magis credere;
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini.
Panis vivus vitā præſtans homini;
Præſta meæ menti de te vivere,
Et te illi ſemper dulcè ſapere.
Pie Pelicane IEsu Domine,
Me īmundū munda tuo ſangvine:
Cujus una ſtilla ſalvum facere
Totū mundū poteſt omni ſcelere.
IESV, quē velatū nunc aſpicio,
Oro fiat illud, quod tam ſitio;
Vt te revelatâ cernens facie,
Viſus ſim beatus tuæ gloriæ, Amē

Gratiarū actio D. Thomæ A-

quinatis post Communionem ad Deum Patrem.

GRatias Tibi ago Dñe sancte Pater Omnipotens, æterne Deus qui me peccatorẽ indignũ famul tuũ nullis meis meritis, sed sol dignatione misericordiæ tuæ sa tiare dignatus es pretioso Corpo re & Sangvine Filij Tui Domin nostri IEsu Christi. Te depreco ut hæc sancta cõmunio non si mihi reatus ad pœnam, sed inter cessio salutaris ad veniam. Sit mi hi armatura fidei & scutum bon voluntatis, sit vitiorũ meorum e vacuatio, Concupiscentiæ, & li bidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis, & obedie tiæ augmentatio, contra insidia inimicorum omniũ tam visibiliu quàm invisibiliũ firma defensi

mot

tuum meorum tam carnalium:
àm spiritualium perfecta quie-
io, in te uno ac vero Deo fir-
adhæsio, atq; mei finis felix
nsūmatio, Et precor te, ut ad
ıd ineffabile convivium, me
ccatorē perducere digneris, u-
Tu cum Filio tuo & Spiritu
ncto, sanctis tuis es lux vera, sa-
tas plena, gaudiū sempiternū,
cunditas consūmata, & felici-
perfecta, per Christū D.N.A.

Gratiarum actio D. Bonavē-
ræ ad Deum Filium, post san-
ctam Communionem.

Ransfige dulcissime Domine
Iesu medullas & viscera animæ
æ suavissimo ac saluberrimo a-
ris tui vulnere, verâ serenâque
Apostolicâ sanctissimâ Chari-
e, ut langueat, & liquefiat a-

nima mea ſolo ſemper amore, (
deſiderio tui, te concupiſcat, (
deficiat in atria tua, cupiat diſſo
vi, & eſſe tecum. Da, ut anim
mea te eſuriat Panē Angelorun
refectionē Animarū Sanctarū, P
nem noſtrum quotidianū Supe
ſubſtantialē, habentē omnē du
cedinem & ſaporem, & omne d
lectamentum ſvavitatis. Te inqu
deſiderant Angeli proſpicere
ſemper eſuriat, & comedat c
meum, & dulcedine ſaporis t
repleantur viſcera animæ me:
Te ſemper ſitiat Fontē vitæ, Fo
tem ſapientiæ & ſcientiæ, Fon
æterni luminis, torrentē volupt
tis ubertatem domûs Dei: Te ſ
per ambiat, Te quærat, Te inv
niat, ad Te tendat, ad Te perv
niat, Te meditetur, Te loquatu

& omnia operetur in laudem & Gloriam nominis Tui, cum humilitate & diſcretione, cum dilectione, & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perſeverantia uſque in finem: Et Tu ſis ſolus ſemper ſpes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, gaudium meum quies & tranquillitas mea, pax mea, odor meus dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugiũ meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, theſaurus meꝰ: in quo fixa & firma, & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea & cor meum, Amen.

ANima Chriſti ſãctifica me: Corpus Chriſti ſana me: Sangvis Chriſti inebria me: Aqua lateris Chriſti lava me, Paſſio Chriſti

conforta me, O bone IEsu exaudi me, Intra vulnera tua abſconde me: Et ne permittas me ſeparari à te: Ab hoſte maligno defende me: In hora mortis meæ voca me: Et jube me venire ad te: ut cum ſanctis & electis tuis laudem te, in ſæcula ſæculorum. Amen.

ABſorbeat, quæſo D. Ieſu Chriſte mentē meā ignita & melliflua vis amoris tui ab omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es in ligno Crucis mori. Amen.



PRECATIONES LITVRGICÆ

Signo sãctæ Crucis te consignãs, cum Sacerdote sic incipe.

IN Nomine Patris & Filij: & Spiritûs Sancti, Amen.

Introibo ad altare Dei: Ad Deum qui lætificat juventutem meã.

Psalmus.

IVdica me Deus, & discerne causã meam de Gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es Deꝰ fortitudo mea, quare me repulisti & quare tristis incedo dum affligit me inimicꝰ

Emitte lucem tuã & veritatẽ tuã: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, ad Deũ qui lœtificat juventutẽ meã.

Cõfitebor tibi in Cithara Deꝰ, Deus meus; quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, ſalutare vultûs mei, & Deus meus.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & ſẽper, & in ſæcula ſæculorũ A. Et Introibo ad altare Dei: Ad Deũ qui lætificat juventutẽ meam.

Adjutorium noſtrũ in nomine Dñi: Qui fecit cœlũ & terram.

Confeſſio Generalis.

COnfiteor Deo omnipotenti, B. Mariæ ſẽper Virgini, Beato Michàëli Archangelo, B. Ioanni Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis Petro & Pau-

'aulo, omnib9 Sanctis,& tibi Pa-
er, quia peccavi nimis cogitatio-
ie, verbo & opere: mea culpa,
nea culpa, mea maxima culpa. I-
eo precor B. Mariã ſemper Vir-
inẽ, B. Michäëlẽ Archangelũ B.
oannẽ Baptiſtã,ſanctos Apoſtolos,
etrũ & Paulũ, omnes Sanctos, &
e Pater, orare pro me ad Dñum
Deum noſtrum, Amen.

Miſereatur noſtri omnipotẽs De9
z dimiſſis peccatis noſtris perdu-
at nos ad vitam æternam, Amen.

Indulgentiã, abſolutionẽ & re-
niſſionẽ peccatorum noſtrorũ tri-
uat nobis omnipotens & miſeri-
ors Dominus. Amen.

Deus tu converſus vivificabis
os: Et plebs tua lœtabitur in te.

Oſtende nobis Dñe miſericor-
liam tuam.

Et ſalutare tuum da nobis.
Domine exaudi orationẽ m
Et clamor meus ad te veniat.

Ante Miſſæ introitum.

TE Deum Patrẽ ingenitũ, Te liũ unigenitũ. Te Spiritum ctum Paracletum. Sanctam & dividuã Trinitatẽ, toto corde ore confitemur, laudamꝰ atq; b nedicimꝰ. Gloria Patri, qui cre vit nos: Gloria Filio qui reden nos: Gloria Spiritui S. qui ſancti cavit nos, Gloria ſũmæ & indi duæ Trinitati Deo noſtro in ſæc la ſæculorum. Amen.

Ad Kyrieleyſon.

KYrie eleyſon, Chriſte eleyſ
Kyrie eleyſon.
Pater de cœlis Deus, Miſerere
Fili redemptor mundi Deus, M
Spiritus ſancte Deus, Miſerer

Miſerere, miſerere, miſerere po-
pulo tuo quem redemiſti Chriſte
ſanguine tuo, ne in æternum ira-
ſcaris nobis.

Ad Hymnum Angelicum.

GLoria in excelſis DEO Et in terra pax hominibus bonæ vo-
luntatis. Laudamus te Benedici-
mus te Adoramus te Glorificam9
te. Gratias agimus tibi propter
magnā gloriā tuā Domine Deus,
Rex cœleſtis, DEus Pater omni-
potens Dn̄e Fili Vnigenite IEsu
Chriſte, Domine DEus, Agnus
Dei Filius Patris. Qui tollis pec-
cata mundi miſerere nobis. Qui
tollis, peccata mundi, ſuſcipe de
precationē noſtram. Qui ſedes ad
dexteram Patris miſerere nobis.
Quoniā tu ſolus ſanctus: Tu ſolus
Dominus Tu ſolus altiſſimus IE-

SV Chriſte, cum ſancto Spiritu gloria Dei Patris, Amen.

Exaudi Pater, quidquid Eccleſia Catholica Filij tui nomine pro noſtra neceſſitate petit. Et concede ne quid contra voluntatem vel honoré tuum unquam petam.

Ad Epiſtolam.

O Sempiterna Patris ſapientia jube, & da ut per gradus humilitatis de virtute in virtutem aſcendamus. Concede nobis, ut de tribulationibus ad æterna gaudia Chriſtũ IEſum imitantes perveniamus. Amen.

Ad Graduale & tractum.

DOmine ne ſecundum peccata noſtra facias nobis, neq; ſecũdum iniquitates noſtras retribuas nobis. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum

Citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva nos Deus salutaris noster, & propter gloriã nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. *Ad Evangelium.*

DOmine Iesu Christe qui Evãgeliũ vivo ore prædicâsti mortalibus, aperi quæso mentes nostras, ut huic verbo tuo salvifico, sincera charitate ad finem usq; constanter adhæreamus, Amen.

Symbolum Ecclesiasticum.

CRedo in unum DEum, Patrẽ omnipotentẽ, factorẽ cœli & terræ, visibilium omniũm & invisibilium. Et in unum Dominũ IEsũ Christũ Filiũ Dei unigenitũ, & ex Patre natũ ante omnia sæcula Deũ de Deo, lumen de lumi-

ne

ne, Deū verū de Deo vero, genitum non factū, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis: Et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est: Et resurrexit tertiâ die secundùm scripturas. Et ascendit in cœlum sedet ad dexteram Patris Et iterū venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctū Dominū & vivificantem; qui ex Patre, Filioq; procedit: Qui cū Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctā

atholicã & Apoſtolicã Eccle-
am. Confiteor unum baptiſma
i remiſſionem peccatorum. Et
xpecto reſurrectionem mortuo-
um, & vitam venturi ſæculi, A.

Ad Offertorium.

Lementiſſime Pater, fac me di-
gnũ, ut offerã tibi merita vitæ,
t mortis dilectiſſimi Filij Tui.
t nunc ego in unione merito-
um Domini Noſtri IEsu Chri-
i offero Tibi intellectum, volũ-
atem, & memoriam meam, co-
itationes, verba, opera, labores,
audia, bona omnia, vitam deni-
ue, & quicquid poſſideo, aut
oſſidere poſſum per omnem æ-
ernitatem, idq; per manus Bea-
iſſimæ Virginis Mariæ & Sãctorũ
Apoſtolorũ, qui huic Sacrificio
aſſiſtunt, ut Deo orationes & o-
blationes fideliũ præſentent. *Ad*

Ad Orate Fratres.

Suſcipiat Dominus ſacrificium de manibus tuis, ad laudem & gloriã nominis ſui, ad utilitaté quoq́ noſtrã totiuſq́; Eccleſiæ ſuæ ſãctæ.

Ad Præfationem

CElſiſſime Deus ac Pater eleva quæſumus corda noſtra à terrenis ad cæleſtia, ut te unum cogitemꝰ & loquamur, vitâ totâ exprimamus, teq́: ſolo fruamur in æternum.

Cùm dicitur, Gratias agamus Domino Deo &c.

GRatias agamus Dño Deo noſtro: verè dignũ & juſtũ eſt, æqvum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere, Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus per Chriſtum Dñum noſtrũ, per quem majeſtatem tuã laudant Ange-

ngeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, Cœli, cœlorumque virtutes, ac beata Seraphim, sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras, voces ut admitti jubeas deprecatur, supplici confessione dicẽtes. Sanctus, S. Sanctus, Dominus Deus Sabbaoth. Pleni sunt cœli & terra gloriâ tuâ. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Dñi. Hosanna in excelsis.

Praxis faciendi memento ante Elevationem, pro vivis.

MEmento clementissime Pater, per passioné & mortem dilectissimi Filij tui, Ecclesiæ sanctæ tuæ, illàmque ceu sponsam Filij tui, protege, sanctifica, & exalta, ejusq; præsides, defensores, & ministros N. N. Spiritu Sancto reple;

ple; ut te totâ virtute, ſicut ſcis, & vis, per ſe, ſuoſque ſubditos perfectè glorificent.

Memento etiam Domine paréntum, fratrum, conſangvineorum, benefactorũ & amicorum meorũ N. omniûmq; pro quibus me vis orare, & eos peculiari gratiâ tuâ dirige, & in via ſalutis promove.

In Elevatione.

Ave verum Corpus natum de Maria Virgine.

Verè paſſum, immolatum in Cruce pro homine.

Cujus latus perforatum, fluxit undâ & ſangvine.

Eſto nobis prægustatum, in mortis examine.

O dulcis ô pie, ô Ieſu Fili Mariæ miſerere mei. Amen.

Ad elevationẽ S. Calicis.

Aman

AMantiſſime IESV, per effuſionẽ Sacroſancti Sangvinis Tui obſecro Te fac ut univerſo mundo, cum omnibus peccatis vitijs; & concupiſcentijs moriar, & per incendium amoris à me ipſo deficiam, tibiq; ſoli ac in te ſolo vivã.

poſt Elevationem dic:

DOmine IESV clementiſſime qui hanc Sacratiſſimam Carnẽ tuam de glorioſæ Virginis Mariæ utero aſſumpſiſti & eundem Sangvinẽ de Sacratiſſimo latere tuo in ara Crucis pro ſalute noſtra effudiſti, & à mortuis reſurrexiſti, & ad cœlos aſcendiſti & iterum venturus es judicare vivos & mortuos in eâdem carne, libera nos per hoc Sacratiſſimum corpus tuum quod modò in altari tractatur, ab omnibus immunditijs mentis

&

& corporis & ab univerſis malis
periculis, præteritis, præſentibus
& futuris, ne aſpicias peccata
mea ſed Fidem Eccleſiæ tuæ, A

Ad memoriã defunctorum.

Memento clementiſſime Pater
omnium fideliũ defunctorũ maxi-
mè N. N. Et pro quibus ſingu-
lariter orare teneor, æternam ei:
requiem indulgendo, per merita
Chriſti, B. Virginis & omnium
Sanctorum, Amen.

*Deinde præpara te ad cõmu-
nionem ſpirituale͂. Et dum Sa-
cerdos re ipſa & ſacramentali-
ter, tu ſpiritualiter Chriſtũ in
ſacra Hoſtia in cor tuũ admitte.*

O IESV veni, veni dilecte mi
veni Deus meus Dominus meus
ſpes mea, amor meus & omnia
poſſide ſedem cordis mei, con

forma

forma illud cordi tuo, ut idem velit idem nolit tecũ, nunc, semper, æternùm, & ultrà.

Tum imaginare tibi, quasi verê & sacramentaliter cum Sacerdote cummunicares & Christum velut præsentem, animo cõplectere. Post communionem hãc spiritualem.

INveni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam, O IESV, quã bon9 es & fuisti hucusque erga me, agnosco, omnique possibili affectu gratias ago, quàm ingratus ego erga te, doleo purè propter te, ignosce, supple per te, & quidquid amas, amo ego quoq; propter te, da gratiam emendandi, omnia etiam minima peccata, maximè hoc N. Et in amore & gratia tua perseverandi

in æternum ô IESV, ô IESV fiat fiat.

Ad Beatam Virginem, Angelum Custodem, & Sanctos.

O Regina Sanctorum omniũ, Filia æterni Patris, Mater Filij, sponsa Spiritûs Sancti, Templum Sanctissimæ Trinitatis, ô Angele Custos, ô vos Patroni mei N. N. omnesq; electi Dei benedicite, laudate & superexaltate Dominũ mecum, ex hoc nunc & usque in sæculum, una voce illi acclamantes: Sanctus, S, Sanctus Dominus Deo Sabbaoth. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo, Deo nostro in sæcula sæculorum Amen,

Ad Benedictionẽ Sacerdotis.

Cælesti benedictione benedicat

nos divina Majeſtas, Pater, & Filius & Spiritus Sanctus Amen.

Initium Sancti Evangelij ſecũdùm Ioannem.

IN principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat: & vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, Fuit homo miſſus à Deo cui nomẽ erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet delumine; ut omnes crederẽt per illũ. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine, Erat lux vera, quæ illuminat

omnē hominē venientem in hunc mundū: in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum nō receperūt Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatē Filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſangvinibꝰ, neque ex voluntate carnis, neque ex volūtate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et VERBVM CARO FACTVM EST, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriā quaſi unigeniti à Patre, plenū gratiæ & veritatis Deo gratias.

Oratio.

Suſcipe clementiſſime Deus precibus & meritis B. Mariæ sēper Virginis, & omniū Sanctorum & Sanctarū officium ſervitutis no-

stræ:

stræ: & si quid dignũ laude egim9 propitius respice, & quod negligenter actũ est, clementer ignosce. Qui in Trinitate perfecta vivis & regnas De9, in sæcula sæculorũ A.

PRECES DICENDÆ
in principio.
CONGREGATIONIS

VEni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, &c.
Kyrie eleyson. Christe eleyson.
Kyrie eleyson. Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Memento congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Domine exaudi orationẽ meã.
R. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

MEntes nostras quæsum9 Dñe lumi-

lumine tuæ claritatis illuſtra, ut videre poſſim9 quæ agenda ſũt & quæ recta ſunt agere valeam9. Per Chriſtũ Dñum noſtrum Amen.

In fine Congregationis.

KYrie eleyſon, Chryſte eleyſõ. Kyrie eleyſon. Pater noſter &c.

℣. Et ne nos inducas in tẽtationẽ

R. Sed libera nos à malo.

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. A templo ſancto tuo, quod eſt in Hieruſalem.

℣. Dñe exaudi orationẽ meam.

℟. Et clamor meus &c.

Oremus

PRæſta nobis quæſumus Dñe auxilium gratiæ tuæ: ut quæ te authore facienda cognovimus, te operãte impleam9. Per Chriſtũ &c. Retribuere dignare Domine benefa-

nefactoribus nostris vivis atq; defunctis vitam æternam.

MODVS RECITANDI ROSARII B. V.

ROsarium nihil aliud est, quàm sertum quoddã spirituale, mysticis vocibus ex Evangelio depromptis tanquam rosis Contextum quod Virginum Virgini Dei Matri offerimus. Constat autem oratione Dominicâ quinquies, & salutatione Angelicâ quinquagies repetitâ; unde tertiò repetitum efficit numerũ 150. in salutatione, qui numerus est Psalmorum Davidicorum, à quo Rosarium integrum. Psalterium B. Virginis dicitur, Porro singulis decadibus singula mysteria, quibus meditandis imaginatio

occupetur, dum Decas percurritur assignata sunt. Et quidem.

Prima pars, 5. habet
mysteria gaudiosa.

1. Annuntiationem Dominicæ Incarnationis.
2. Visitationem S. Elisabethæ.
3. Nativitatem Christi Domini.
4. Oblationẽ Christi in templo.
5. Inventionem pueri IESV inter Doctores.

Secunda Pars 5. continet
mysteria Dolorosa.

1. Sangvineum Christi in horto sudorem.
2. Flagellationem.
3. Spineam Coronationem,
4. Bajulationem Crucis,
5. Crucifixionem,

Tertia pars, 5. Coplectitur
mysteria Gloriosa.

1. Resurrectionem Christi Dñi.
2. Ascensionem ejus in cœlos.
3. Adventũ Spiritûs S. in B. Virginem & Apostolos.
4. Assumptionem B. V. in cœlos.
5. Coronationem ejusdem.

Hymnus Ad B. Virginem.

O Gloriosa Domina,
Excelsa super sidera,
Qui te creavit providè,
Lactâsti sacro ubere.
Quod Eva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles.
Cœli fenestra facta es.
Tu Regis alti janua,
Et porta lucis fulgida.
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite,
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,

Cum Patre & Sancto Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

MODVS DICENDI
Coronam B. V. Dñæ
nostræ.

COrona itidem sertum spirituale, inventum in honorē 63. annorum, qui à multis Divæ Virgini tribuūtur, ita ut singulis annis respondeant singulæ salutationes Angelicæ, quæ sunt 63. recitatur autem sic:

Præmisso Veni Sancte Spiritus &c. *Cum Oratione*: Deus qui corda, &c. *&* Salve Regina, *vel aliquâ Antiphonâ pro tempore cum propria itē oratione, recita.*

Ter Pater & Ave Maria, *in gratiarum actionem Sanctissimæ Trinitati.*

1. Pro beneficio Creationis.

2. Pro

2. Pro beneficio Redemptionis
3. Pro beneficio vocationis ad Fidem. *postea.*

In globis majoribus dices Pater noster, *& orationem.*

O Dulcissime Dñe IESV Christe rogo te per effusionẽ pretiosissimi sangvinis tui, quẽ pro me effũdere dignatus es,

1. (in *Circumcisione.*)

Libera me à peccato (*Luxuriæ*) & da mihi virtutem (*Castitatis*) Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritûs S. Deus, per omnia sæcula sæculorum. A.

Vt à culpis & à pænis
Liberati, ac salvati,
Sint beati Deo grati.

Antiph. ℣. Oratio *ut supra.*

AD SEXTAM.

℣. Deus in adjutorium &c.
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

IEsum puer adamâsti,
Iesu cor tuum dicâsti,

Iesu scriptus sub vexillo
Amoris es penicillo.
Hoc sub signo militantes,
Fac ad mortem sint constantes
Pro defunctis ora cunctis,
Vt à culpis & à pœnis
Liberati ac salvati
Sint beati, Deo grati.

Antiph: ℣. Oratio. *ut supra*.

AD NONAM.

Deꝰ in adju: &c, Gloria Patri &c

Hymnus.

SInt per te mea peccata,
Et debita condonata.
Cum venerit mors infesta,
Auxilium mihi præsta,
Ne diræ mentis profunda
Me tunc absorbeat unda.
Pro defunctis ora cunctis,
Vt à culpis & à pœnis
Liberati acsalvati

Sint beati, Deo grati.

Ant: ℣. Oratio. *ut supra.*

AD VESPERAS.

℣. Deus in adjutoriū meū intēde.

℟. Dñe ad adjuvandū me festina.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

Illud præsta ut cor meum
Nihil velit præter Deum,
Posce virtutum augmentum,
Et gratiæ incrementum,
Vt in cœlesti patria
Dei perfruar gloriâ.
Pro defunctis ora cunctis,
Vt à culpis & à pœnis
Liberati ac salvati,
Sint beati, Deo grati.

Antiph: ℣. Oratio. *ut supra.*

AD COMPLETORIVM.

Converte nos Deus. &c.

℣. Deus in adjutorium &c.

Gloria

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

VIrginitatem perennem
Deo litâsse seprennem
Te tua vita testatur.
Post mortem fama vulgatur.
Tentatis fer auxilium,
O castitatis lilium.
Pro defunctis ora cunctis
Vt à culpis & à pœnis
Liberati ac salvati,
Sint beati, Deo grati.

Antiph: ℣. Oratio. *ut supra.*

Commendatio.

SPes & solamen ægrorum
Patrator miraculorum,
Parens depulsor febrium
Morborumque lethalium:
Fove qui te venerantur,
Et per te Deum precantur.
Pro defunctis ora cunctis

Vt à culpis & à pœnis
Liberati ac salvati
Sint beati, Deo grati. Amen.

OFFICIVM,
De Beato
STANISLAO KOSTKA
Soc: IESV.

AD MATVTINVM.

Iesu in preces nostras benignus intende:

Nosque semper ab omni peccato defende.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve ô Kostka sidus Polonorū.
Parentum victor, contemptor honorum.
Qui é paternis sedibus migrâsti,
Et spreto mundo, DEO Te dicâsti

Vt ſub vexillo IEſu militares,
Per quod æternū victor triūphare
℣. Fuge dilecte mi.
℟. Et aſſimilare capreæ hinnu loque cervorum. *Cant. 8.*
℣. Ora pro nobis Beatiſſim Koſtka.
℟. Vt digni efficiamur promiſ ſionibus Chriſti

Oremus.

DIlectiſſime Deus, fons boner omnium, & inexhauſtum mar gratiarum, ad quem Beatiſſimu Staniſlaus Koſtka ſpretis carnis il lecebris, parentum minis mundique honoribus & commo dis, per ignotas orbis partes ober rans, tanquam cervus ſitibundu ad Te verum vitæ æternæ fontem properabat, imprime ſitim hanc noſtris pectoribus, & præſta, ut

Te

Te incessanter quæramus & te invento in æternum fruamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

AD PRIMAM.

Iesu in preces nostras benignus in- (tende.
Nosque semper ab omni peccato defende.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve beata sedes gratiarum,
Salve sacrarum pabulũ flammarũ;
Quibus accensum pectus æstuabat,
Cùm orans de te Iesu cogitabat:
Frustra cœlestes pellis unda faces
Deo repleti pectoris edaces;
Magis accrescit vis incendiorum,
Nescia vinci mole fluentorum

℣. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem *Cant*: 8.
℟. Nec flumina obruent illam.
℣. Ora pro nobis Beatissi: Kostka.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

DEus ignis consumens, qui ut flammis tui amoris, mundi peccata exureres, & frigida corda accenderes, de cœlo ignem missurus venisti eoq; Beatissimi Stanislai animam usq; adeò inflammabas, ut pectus illius virgineum, ardens purissimo tui amore linteis aquâ frigidâ imbutis refrigerari debuerit: nostra quoque corda, ejus suffragantibus meritis, ita tua charitate succende, ut exustis omnium peccatorum sordibus, nil nisi tuum amorem spirantes, casto

tibi corpore serviamus. & mundo corde placeamus. Qui vivis & regnas, &c.

AD TERTIAM.

Iesu in preces nostras benignus intende:

Nosq; sẽper ab omni peccato defende. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

SAlve sacrorum conviva ciborũ,
Quos tulit ipsa manꝰ Angelorũ:
Regias dapes longè superâsti
Dum æger cibum cœlitus gustâsti,
Patronâ tibi Barbarâ adstante.
Venturum cœli sponsũ nunciante.
Incolas terræ fac nos sic cibari,
Ac dulcis Iesu gustu satiari.

℣. Panem cœli dedit eis.

℟. Panem Angelorum manducavit homo. *Psal: 77.*

℣. Ora pro nobis. &c.

℟. Ve

℟. Vt digni efficiamur &c.

Oremus.

DEus qui per Angelicas manus Stanislaum Kostkam, sacro t Filij corpore satiâsti, concede pr pitius, ut à te in librū vitæ insc pti, eodem Filio tuo pleni, qu maximis meritis, in Cœlo revel facie fruamur. Per eundem D minum nostrum, &c.

AD SEXTAM.

Iesu in preces nostras benign intende.

Nosque semper ab omni pecc to defende.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlvete manus puræ & beatæ,
Infantis Iesu mébris consecrat
Quæ pignus Patris æterni tulisti
Amores cœli omnes conclusist

De tuo sinu est Virgo Sacrata,
In manus Kostcæ gēma cœli data;
O quantum dives Kostka evasisti!
Pretium mundi quando accepisti.

℣. Ego dilecto meo:
℟. Et dilectus meus mihi.
Cant: 6.
℣. Ora pro nobis B. Kostka.
℟. Vt digni efficiamur &c.

Oremus.

DVlcissime & suavissime Iesu qui è sinu Sanctissimæ Matris, in sinum Beatissimi Stanislai lectulo affixi descendisti, & vera vitæ salus, eô repente sanato, mentem ejus mira suavitate replêsti; respice infirmitatem nostram, & Beatissimi Stanislai meritis, nos in afflictionibus & doloribus ac periculis omnibus visitare, solari, & adjuvare digneris. Qui vivis &c.

AD

AD NONAM.

Iesu in preces nostras benigne intende.

Nosque semper ab omni peccato defende.

Hymnus.

SAlve ô miles Christi gloriose,
Dæmonis contra vires animose;
Quem signo Crucis à lecto fugasti,
Febrium æstu quando laborasti:
Angelus Custos arma suggerebat,
Et contra hostes ad bella ducebat,
Cujus tutelâ sacrâ fruebâre,
Colloquijsque crebris dignabâre.

℣. Angelis suis mandavit de te.
℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis. *Psal:* 19.
℣. Ora pro nobis B. Kostka.
℟. Vt digni efficiamur &c.

Oremus,

DEV

DEus qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostrā custodiam mittere dignaris, largire supplicibus tuis, & eorum semper protectione defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum nostrum &c.

AD VESPERAS.

Iesu in preces nostras benignus intende.

Nosque semper ab omni peccato defende.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

SAlve ô caste candor puritatis,
Intemeratæ flos Virginitatis,
Tuū dum corpus purū conservatur.
Vultusque cœli luce illustratur,
Lumina ista monstrant radiorum
Non cinctā mentē nube peccatorū.
De cuj. corpus ita illustrari

Neſcium noxâ mortali gravari.
℣. Quaſi flos roſarũ in diebꝰ vernis
℟. Et quaſi lilia quæ ſunt in tran-
ſitu aquæ. *Eccl*: 5.
℣. Ora pro nobis B. Koſtka.
℟. Vt digni efficiamur &c.

Oremus.

IEsu Virgineæ caſtitatis amato
& auctor, qui B. Staniſlaũ Koſt
kam immaculatum in hoc ſæcul
cuſtodîſti, concede propitius, u
qui ejus memoriam, propter t
(qui inter ſpiritualia lilia liben
ter paſceris) recolimus, ejus pre
cibus ac meritis intactam à mund
illecebris animam ac corpus, pr
tuo domicilio ſemper ſervemus
Qui vivis & regnas &c.

AD COMPLETORIVM.

Cõverte nos Deꝰ ſalutaris noſte
Et averte iram tuam à nobis.

IESV in preces noſtras beni-
gnus intende.
Noſque ſemper ab omni pecca-
to defende.

Hymnus.

Miraculorum fulgens claritate,
Fove clientes ô Koſtka Beate
Ægrorum ſalus, vita mortuorum:
Cujus imago tactu floſculorum
Depellit õnes mẽbrorũ languores.
Morbos lethales, febriũ ardores;
Fove clientes, qui te venerantur,
Et Deũ per te quærũt ac precãtur.
℣. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis:
℟. Deus Iſraël ipſe dabit virtutem
& fortitudinẽ plebi ſuæ *Pſal: 67.*
℣. Ora pro nobis Beatiſſime Koſtka
℟. Vt digni efficiamur promiſſio-
nibus Chriſti.

Oremus.

DEus qui Beatissimũ Stanislaum Kostkam Regni hujus Patronum vitæ sanctitate, & miraculorum gloriâ ubique fecisti illustrẽ Da ut ejus exemplo semper in pietate crescamus, & ab hostibus mentis & corporis, ejus protegamur auxilijs. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecũ vivit & regnat in unitate Spiritûs S. Deꝰ, per õnia sæcula sæculorum.

A
M E
N.

OFF

OFFICIVM S. CATHARINÆ VIRG: & MART.

Studioſorum Patronæ.

AD MATVTINVM.

DOmine labia mea aperies:
Et os meum annuntiabit laudē tuam.
℣. Deus in adjutorium meum &c.
℟. Dñe ad adjuvandum me feſtina
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

CAſtitatis lilium
Sancta Catharina:
Illuſtrata nimium,
Gratiâ Divinâ.
Convertit Porphirium
Ducem cum Regina:
Trahitur ad Martyrium,
Horâ matutina.

Antiphona.

EXpecto gratiã per te IEsu Re: bone: tu meum redde paradis Spiritum, & fac misericordiã cun ctis meam agentibus memoriam.

℣. Dilexisti justitiam & odist iniquitatem.

℟. Propterea unxit te Deus o leo lætitiæ. *Oratio.*

SVscipe quæsumus Domine mu nera, quæ in D. Catharinæ Vir ginis & Martyris, memoriã offeri mus, cujus patrocinio confidimu donari, intelligendi acumine, ad discendi facilitate, retinendi ca pacitate, loquendi gratiâ copiosâ ab instantibus malis liberari vitâ que æternâ potiri. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AD PRIMAM.

℣. Deus in adjutorium meũ &c

℟. Dñ

℞. Dñe ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

AD duellum ducitur
Virgo præparata,
Hora primâ, cœlitus
Multùm confortata:
Nam traxit Philosophos
Doctrinâ dotata,
Nomen unum prædicans
Ad regna beata.

Antiph. Expecto gratiam, &c.
Oratio. Suscipe. *ut supra.*

AD VESPERAS.

℣. Deus in adjutoriũ meũ &c.
℞. Dñe ad adjuvandũ me festina
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

IVbar splendidissimum
Sancta Catharina
Est secuta Dominum

Horâ Vespertinâ,
In signum veridicum
Quod sit hæc divina
Lac purum pro sangvine
Dat cœli Regina.
Antiph: ℣. Oratio *ut supra.*

AD COMPLETORIUM.

Cõnverte nos Deꝰ salutaris nostẽ
℟. Et averte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adjutorium meum intende. ℟. Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

HOrâ Completorij
Corpus tumulatur,
Angelorum manibus
In Syna portatur.
Oleique rivulo
Ibi decoratur,
Hac medelâ languidis
Morbus effugatur.

An:

Ant: Expecto gratiam per IESVM, &c. *ut supra.*

℣. Dilexisti. *ut supra.*

Oratio. Suscipe quæsumus Domine &c. *ut supra.*

Commendatio.

HAs Horas canonicas
Cum devotione
Catharinæ recolo
Hac intentione:
Vt nos suos famulos
Iuvet in agone
Mortis, & nos collocet
In salvatione.
Et post mortem collocet
In cœli Syone.

Rhytmus.

de S. Catharina V. & Martyre.

GAude Virgo Catharina,
Quam refecit lux divina

Ter, quaternis noctibus.
Gaude quia tua doctrina,
Philoſophos à ruina,
Traxit & erroribus,
Gaude quia meruiſti,
Confortari voce Chriſti,
Per preces divinitus.
Gaude quia convertiſti,
Sponſam Regis, & vidiſti
Rotas fractas cœlitus.
Gaude ſerto coronata,
Et in Syna honorata,
Olei ſtillamine.
Eſto nobis advocata,
Apud Deum Virgo grata,
In noſtro certamine, Amen.
℣. Ora pro nobis S. Cath: ℟. Ut digni &c.

Oratio.

DEus qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Synai & in

in eodem loco corpus Beatæ Catharinæ Virginis & Martyris tuæ, per ſanctos Angelos tuos mirabiliter collocâſti: præſta nobis quæſumus, ut ejus meritis & interceſſione ad montem qui Chriſtus eſt, pervenire valeamus: Per Dominum noſtrum IEſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

OFFICIVM, B. BARBARÆ VIRG: & MART:

Morientium Patronæ.

AD MATVTINVM.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meum annũtiabit laudẽ tuã.

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℟. Dñe ad adjuvãdũ me festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Sicut erat, &c. Amen.

Antiphona.

O Barbara Regina, quamvis sũ homo reus, adjuvare me festina.

Hymnus.

MAtutino tempore
Barbara beata,
In obscuro carcere
Fuit illustrata,
Æthereo lumine.
Quo est visitata,
Et à Rege gloriæ
Secum desponsata.

℣. Ora pro me sine mora, sancta Virgo Barbara.

℟. Ut sim dignus ex hac horâ Spiritûs sancti gratiâ.

Oratio

Oratio.

DEus qui Beatam Barbaram in agnitione ſacroſanctæ Trinitatis illuſtrâſti, & pro te flagella, cilicium carceres, furcas malleos, lampades gladios inſuper mortem præeuntê vincere feciſti: Te quæſo ejus meritis & precibus ex hac hora me ſemper illumina, ac à plaga, morte, mortis periculo & vitæ ſcandalo, & à flamma infernali me ſemper libera, & cum vera confeſſione, & ſacroſancta communione, perduc me poſt hanc vitam ad æternam gloriam. Qui in eâdem Trinitate perfecta vivis & regnas Deus, in ſæcula ſæculorũ

A M E N.

AD PRIMAM.

℣. Deus in adjutorium &c.

℟. Dñe ad adjuvandũ me feſtina,

Gloria

Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

HOrâ primâ præsidem
Sævus Rex affatur.
Vt ad primum lapidem
Barbara trahatur:
Si verbo & opere
Christus non negatur.
Natam vult occidere
Rex: quod perpetratur.

℣. Ora pro me &c. *ut supra.*

Oratio. Deus qui Beatam Barbaram &c. *ut supra.*

AD TERTIAM.

℣. Deus in adjutoriũ meum intẽde.
℟. Dñe ad adjuvandũ me festina.
Gloria Patri, & Filio, &c.

Hymnus.

VIrgo ad prætorium
Horâ tertiarum
Prodit: testimonium

Præses dat amarum.
Contra castam filiam
Sponso cœli charam
Dicens esse omnium
Hanc dignam pœnarum.
℣. Ora pro me, &c. *ut supra.*
Oratio. Deus, qui Beatam Barbaram, &c. *ut supra.*

AD SEXTAM

℣. Deus in adjutoriũ meum &c.
Gloria Patri &c.

Hymnus.

HOrâ Sextâ, corpore
Est Virgo nudata,
Rubro fuso sanguine
Nervis flagellata;
Cilicino tegmine
Duré confricata;
A Christo in carcere, plagis est
sanata.
℣. & Oratio. *ut supra.*

AD

AD NONAM.

Deus in adju:&c. Glotia Patri &c.

Hymnus.

HOrâ Nonâ latera
Divæ perforantur,
Membra sua tenera
Lampade cremantur:
Os & caput in ea
Malè maleantur,
Mox obtusâ frameâ
Mammæ amputantur.

℣. & Oratio. *ut supra.*

AD VESPERAS.

℣. Dñe in adjutorium &c.
℟. Dñe ad adjuvandum &c
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

TUm flagellis cæditur
Vesperarum horâ,
Per plateas trahitur
Nuda sine mora:

APat

A Patre occiditur
Barbara decora,
Stolâ Dei tegitur
Sanè fit decora.

Oratio *ut ſupra.*

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos Deus ſalutaris noſter. ℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adjutorium meũ intende. ℟. Domine ad adjuvandũ me feſtina. Gloria Patri, &c.

Antiphona.

O Barbara Regina, quamvis ſum homo reus, adjuvare me feſtina.

Hymnus.

HOrâ Completorij
A Rege decollata;
Filia Dioſcori
Fuit tumulata:
Et per manus Angeli

Deo comparata:
Anima Dioſcori.
Igne devorata.
Ora pro me ſine mora, Sancta Vir-
go Barbara. &c.
Oratio. ut ſupra.

Rhytmus de S. Barbara Virgine & Martyre.

AVe martyr glorioſa, Barbara mundum peroſa, paradiſi vernãs roſa, caſtitatis liliũ. Ave virgo pulchra tota, charitatis fonte lota dulcis, mitis & devota, vas virtutũ omnium Ave criminis ignara ſpõſum audis voce clarâ: veni pulchra veni chara veni coronaberis. Ave Barbara ſerena pulchra quaſi luna plena, ſingulari cãtilena, ſpõſum Agnũ ſequeris. Ave Barbara beata, quæ cũ ſponſo præparata, nuptiarũ ad optata tranſiviſti gaudia. Ave

fulgens

fulgens margarita, in corona IE-
ſu ſita, tam in morte, quàm in vi-
ta, ſis nobis propitia.

℣. Specie tua & pulchritudine
tua. (regna.

℟. Intende proſperè, procede &

Oratio.

INterceſſio nos quæſumus Domi-
ne B. Barbaræ Virginis & Mar-
tyris ſemper adjuvet, ut non ſubi-
tò moriamur, ſed ante diem mor-
tis noſtræ, ſanctiſſimi Corporis &
Sangvinis tui, ſacriq; olei Vnctio-
nis Sacramento, ſalubriter munia-
mur, & ab omni malo protegamur
atq; ad cœleſtia regna perduca-
mur Qui vivis & regnas cum Deo
Patre &c.

Commendatio.

HAs Horas Canonicas
Barbara divina,

Fero

Ferro tibi debitas,
Vt à repentina
Plaga, me custodias,
Atque à rapina
Dæmonis me protegas,
Et cælum propina

LITANIÆ
De Ss. Nomine IESV.

KYrie eleison, Christe eleison Kyrie eleison.
Christe audi nos
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miserere
Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.
Iesu Fili Dei vivi. Miserere nobis

Iesu

eſu potentiſſime, Miſerere nobis
eſu Fortiſſime, Miſerere nobis.
eſu perfectiſſime, Miſerere.
eſu glorioſiſſime, Miſerere.
eſu iucundiſſime, Miſerere,
eſu humillime, Miſerere.
eſu clarior ſole, Miſerere.
eſu pulchrior Lunâ, Miſerere.
eſu ſplendidior ſtellis, Miſere:
eſu admirabilis, Miſerere.
eſu delectabilis, Miſerere.
eſu honorabilis, Miſerere.
eſu pauperrime, Miſerere.
eſu mitiſſime, Miſerere.
eſu patientiſſime, Miſerere.
eſu obedientiſſime, Miſerere.
eſu caſtiſſime, Miſerere.
eſu amator caſtitatis, Miſerere.
eſu amator pacis. Miſerere
eſu amator noſter, Miſerere.
eſu ſpeculum vitæ, Miſerere.

Iesu exemplar virtutum Miserere.
Iesu zelator animarum Miserere.
Iesu refugium nostrum, Miserere.
Iesu pater pauperum, Miserere
Iesu consolator afflictorum, Mise
Iesu thesaurus fidelium, Mise
Iesu gemma pretiosa, Mise
Iesu armarium perfectionis, Mise
Iesu bone pastor ovium, Mise
Iesu stella maris, *Mise*
Iesu lux vera, Mise
Iesu sapientia æterna, Mise
Iesu bonitas infinita, Mise
Iesu gaudium Angelorum, Mise
Iesu inspirator Prophetarum, M
Iesu Magister Apostolorum, M
Iesu fortitudo Martyrum, M
Iesu lumen Confessorum, M
Iesu sponse Virginum, Miserere
Iesu corona Sanctorum omnium
Miserere nobis.

ropitius esto, parce nobis Iesu.
ropitius esto, Exaudi nos Iesu.
b omni malo, Libera nos Iesu.
b omni peccato, Libera
b ira tua, Libera
b insidijs diaboli, Libera
peste, fame, & bello, Libera
transgressione mandatorũ tuorũ,
incursu omnium malorũ, Libe:
r Incarnationem tuam, Libera
r adventum tuum, Libera
r Nativitatem tuam, Libera
r circumcisionem tuam. Libera
r Cælestem Nominis IESV impositionem, Libera
r dolores tuos, Libera
r flagella tua, Libera
r mortem tuam, Libera
r Resurrectionem tuam, Libera
r Ascensionem tuam, Libera
r gaudia tua, Libera

Per

Per gloriam tuam. Libe
Per dulcissimam V. Matrem tuar
Per intercessionem omnium Sa
ctorum tuorum, Libera nos Ie
Peccatores te rogamus audi nos
Vt pacem nobis dones, Te rog
mus audi nos?
Vt dulcem melliflui nominis Ie
memoriam in tabulis cordis n
stri digito tuo inscribere dign
tis. Te rogamus:
Vt nomen hoc Sanctissimum & v
ventes in opere, & morient
in ore habere mereamur, Te r
Vt benignissime Iesu nobis sis Ie
Te rogamus.
Fili Dei, Te rogamus audi n
Agnus Dei qui tollis pecca
mundi; Parce nobis Iesu.
Agnus Dei qui tollis pecca
mundi; Exaudi nos Iesu
Agn

Agnus Dei qui tollis peccata mundi; Miserere nobis Iesu.
Iesu Christe audi nos.
Iesu Christe exaudi nos
Kyrie eleyson; Christe eleyson
Kyrie eleison.

Pater noster &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationẽ
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc & usq; in sæculũ.
℣. Deus in nomine tuo salvũ me fac.
℟. Et in virtute tua judica me.
℣. Dñe exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEus qui gloriosissimum Nomen IEsu Christi Filij tui Domini

noſtri: feciſti fidelibus tuis ſumm
ſuavitatis affectu amabile & mali
gnis ſpiritibus tremendũ atq; ter
ribile; concede propitius, ut o
mnes, qui hoc Nomen IEſu devo
tè venerantur in terris, ſanctæ cõ
ſolationis dulcedinem in præſen
ti percipiant, & in futuro gaudi
exultationis, & interminabilis b
atitudinis obtineant in cœlis. Pe
eundem &c.

LITANIÆ D
B. V. MARIA.

KYrie eleyſon; Chriſte eleyſo
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus Miſere
Fili redemptor mundi Deus; M
ſerere nobis.

Spiri

piritus Sancte Deus, Miserere
ancta Trinitas unus Deus; Mise-
ancta Maria Ora pro nobis
ancta Dei Genitrix, Ora pro
ancta Virgo Virginum,
Mater Christi,
Mater Divinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda;
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,

Ora pro nobis. Ora pro nobis

Speculum justitiæ,
Sedes Sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas Spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis.
Rosa Mystica,
Turris Davidica.
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Ianua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium Peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,

Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum Omnium. Ora pro

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis &c.
Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis &c.
Miserere nobis.

Christe audi nos Christe exaudi nos
Kyrie eleyson Christe eleyson
Kyrie eleyson.

V. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

R. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

DEfende quæſumus Domine B
Mariâ ſemper Virgine interce
dente, iſtam ab omni adverſitat
familiam, & toto corde tibi pro
ſtratam ab hoſtium propitius tue
re clementer inſidijs.

PIetate tuâ quæſumus Domin
noſtrorum ſolve vincula pecca
torum, & intercedente B. V. Ma
riâ cum omnibus Sanctis tuis, N
famulos tuos, Benefactores, atq
loca noſtra in omni ſanctitate cu
ſtodi, omneſq; cõſanguinitate af
nitate atq; familiaritate nobis c
junctos, à vitijs purga, virtutib
illuſtra, pacem & ſalutem nob
tribue, hoſtes viſibiles atq; inv
ſibiles remove, carnalia deſider
repelle, âërem ſalubrem & fer
litatem indulge, amicis noſtr
charitatẽ largire, atq; locum hu

um omnibus in eo habitantibus
b omni peste, infideliumq; feri-
te & potentiâ illæsum conserva,
omnibus fidelibus vivis & de-
nctis in terra viventium vitam
requiem æternam concede; Pō-
ficem N. Regem N. & Antisti-
em nostrum N. omnesq; in di-
nitate constitutos, & cunctum
populum Christianum ab o-
mni adversitate custodi,
& benedictio tua sit
super nos sẽper.
Per Christũ
Dñum no-
strum.

A
M E
N,

LITANIÆ
De
OMNIBVS SS.

KYrie eleyson, Christe eleys
Kyrie eleyson.
Christe audi nos
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere
Fili Redemptor mundi Deus, M
serere nobis.
Spiritus Sancte Deus, Miserere
Sancta Trinitas unus Deus, Mi
serere nobis.
Sancta Maria
Sancta Dei genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michaël
Sancte Gabriel,
Sancte Raphaël
Omnes Sancti Angeli & Archãge
Orate pro nobis. O

Omnes Sancti beatorum spirituũ Ordines, Orate pro nobis.
Sancte Ioannes Baptista, ora pro
Omnes Sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro nobis.
Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andrea,
Sancte Iacobe,
Sancte Ioannes,
Sancte Thoma,
Sancte Iacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thadæe,
Sancte Matthia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,
Sancte Marce,

Ora pro nobis. Ora pro nobis.

Omnes Sancti Apostoli & Evan-
gelistæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti Discipuli Domin
orate pro nobis.
Omnes Sancti innocentes, orat
Sancte Stephane, ora
Sancte Laurenti, ora
Sancte Vincenti, ora
Sancte Adalberte, ora
Sancte Stanislâé, ora
Sancte Venceslâé, ora
Sancte Floriane, ora
Sancte Georgi, ora
Sancti Fabiane & Sebastiane ora-
te pro nobis.
Sancti Ioannes & Paule, orate pr
Sancti Cosma & Damiane, orat
Sancti Gervasi & Protasi, orat
Omnes Sancti Martyres, orat
Sancte Sylvester, ora
Sancte Gregori, or
S. An

Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.
Sancte Nicolaë, ora.
Sancte Casimire, ora.
Omnes Sancti Pontifices & Confessores, orate pro nobis.
Omnes Sancti Doctores, orate
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Francisce, ora.
Sancte Hyacinte, ora.
Sancte Pater Ignati, ora.
Sancte Francisce Xaveri, ora.
Omnes Sancti Sacerdotes & Levitæ, orate pro nobis.
Omnes Sancti Monachi & Eremitæ, orate pro nobis.
Sancta

Sancta Anna, or.
Sancta Maria Magdalena, or:
Sancta Agatha, or:
Sancta Lucia, or:
Sancta Agnes, or:
Sancta Cæcilia, or:
Sancta Catharina, or:
Sancta Anastasia, or:
Sancta Hedvigis, or:
Sancta Elizabeth, or:
Sancta Barbara, or:
Omnes Sanctæ Virgines & Vidua
orate pro nobis.
Omnes Sancti & sanctæ Dei,
Intercedite pro nobis.
Propitius esto; Parce nobis D
Propitius esto; Exaudi nos Do
Ab omni malo, Libera nos Dñe
Ab omni peccato, Libera nos D.
Ab ira tua, Libera nos Domin
A subitanea & improvisa morte,
Libe-

Libera nos Domine.
Ab insidijs diaboli, Libera.
Ab ira & odio, & omni mala voluntate, Libera.
A spiritu fornicationis, Libera.
A fulgure & tempestate, Libera.
A morte perpetua, Libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, Libera.
Per adventum tuum, Libera.
Per nativitatem tuam. Libera.
Per baptismum & sanctum jejunium tuum, Libera.
Per crucem & passionem tuam, Li.
Per mortem & sepulturã tuam, Li.
Per sanctam resurrectioné tuam Li.
Per admirabilé ascensioné tuã, Li.
Per adventum Spiritùs Sancti Paracleti, Libera.
In die Iudicij, Libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos

Vt nobis parcas, Te rog:
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, Te roga
Vt Ecclesiam tuam sanctam rege re & conservare digneris,
Te rogamus audi nos.
Vt Domnum Apostolicum & o mnes Ecclesiasticos ordines i sācta religione cōservare digne ris, Te rogamus audi nos,
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ hu miliare digneris. Te rogamus
Vt Regibus & Principibus Chri stianis, pacem & veram concor diam donare digneris Te rog:
Vt cuncto populo Christiano, pa cem & unitatem largiri digneri:
Te rogamus audinos.
Vt nosmet ipsos in tuo sancto se vitio confortare & conservar digneris, Te rogamus aud

Vt mer-

Vt mentes noſtras ad cœleſtia deſideria erigas, Te roga:
Vt omnibus benefactoribꝰ noſtris ſempiterna bona retribuas. Te
Vt animas noſtras, fratrum, propinquorum, & benefactorũ noſtrorum ab æterna damnatione eripas, Te rogamus audi nos.
Vt fructus terræ dare & conſervare digneris, Te rogamus au:
Vt omnibus fidelibꝰ defunctis requiem æternam donare digneris, Te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris, Te ro:
Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccata mũdi; Parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mũdi; Exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mũdi; Miſerere nobis.

Chriſte

Christe audi nos, Christe exaudi
Kyrie eleyson Christe eleyson.
Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentation
℟. Sed libera nos à malo.

Psalmus. 69.

DEus in adjutorium meum inte
de: Domine ad adjuvandum m
festina.

Confundātur & revereantur q
quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum & erub
scant, qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescente
qui dicunt mihi euge, euge.

Exultent & lætentur in te c
mnes, qui quærunt te: & dicant s
per magnificetur Dominus, qui d
ligunt salutare tuum.

Ego verò egenus & pauper sui
Deus adjuva me.

Adj

Adjutor meus & liberator meus tu Domine ne moreris.
Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto, &c.
℣. Salvos fac servos tuos:
℞. Deus meus sperantes in te.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis:
℞. A facie inimici. (bis:
℣. Nihil proficiat inimicus in no-
℞. Et Filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Domine non secundum peccata nostra facias nobis:
℞. Neq; secundùm iniquitates nostras retribuas nobis.
℣. Orem9 pro Pontifice nostro N.
℞. Dominus conservet eum & vivificet eum, & beatum faciat eũ in terra & non tradat eum in animam inimicorum ejus.
℣. Ore-

℣. Oremus pro benefactoribu nostris:
℟. Retribuere dignare Domin omnibus nobis bona facientibu propter nomen tuum, vitam æternam Amen.
℣. Oremus pro fidelibus defũcti
℟. Requiem æternã dona eis Domine & lux perpetua luceat eis
℣. Requiescant in pace:
℟. Amen.
℣. Pro fratribus nostris absẽtibus
℟. Salvos fac servos tuos, Deu meus sperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Syon tuere eos.
℣. Dñe exaudi orationem meam:
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

DEVS, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram; ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſolvat.

EXaudi quæſumus Domine ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis; ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis Domine miſericordiam tuam clementer oſtende, ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas,& à pœnis quas pro his meremur eripias.

DEus qui culpâ offenderis pœnitentiâ placaris preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice; & flagella tuæ iracundiæ quæ

pro peccatis noſtris meremur averte.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere Famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & totâ virtute perficiat.

QVæſumus Omnipotens Deus: ut famulus tuus N. Rex noſter: qui tuâ miſeratione ſuſcepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, & vitiorum monſtra devitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es gratioſus valeat pervenire.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt pacem; ut &

cord

orda noſtra mandatis tuis dedita,
hoſtiũ ſublata formidine, tẽpo-
ſint tua protectione tranquilla.

Re igne Sãcti Spiritûs renes no-
ſtros, & cor noſtrũ Dñe: ut tibi
ſto corpore ſerviamus, & mun-
do corde placeamus.

ideliũ Deus omniũ conditor, &
redemptor animabus famulorũ,
mularumq; tuarũ remiſſioné cun-
orũ tribue peccatorũ: ut indul-
entiam, quam ſemper optaverunt,
s ſupplicationib9 conſequãtur.

Ctiones noſtras quæſumus Dñe
aſpirando præveni & adjuvando
oſéquere: ut cuncta noſtra oratio,
operatio, à te ſemper incipiat, &
per te cœpta finiatur.

Mnipotẽs ſempiterne Deus, qui
vivorum dominaris ſimul & mor-
orũ, omniumq; miſereris, quos

tuos

tuos fide, & opere futuros es praenoscis, te supplices exoramu ut pro quibꝰ effundere preces d crevimus, quòsque vel praeser saeculum adhuc in carne retine vel futurum jam exutos corpo suscepit, intercedentibus omnib Sanctis tuis pietatis tuae clemēti omnium delictorum suorum ven am consequantur. Per Dominu nostrum Iesum Christum Filiu tuum, qui tecum vivit & regna in &c.

℣. Dñe exaudi orationē mea

℟. Et clamor meus &c.

℣. Exaudiat nos omnipotens misericors Dominus. ℟. Amen

℣. Fidelium animae per mise cordiam Dei requiescant in pac

℟. Amen.

OFFICIUM PARVUM. DEFUNCTORUM

AD MATUTINUM

ideliū animæ per misericordiam
ei requiescant in pace.
vos fideles animæ
In Christo defunctorum,
d meritò prohibitæ
Ab aditu cælorum;
uàm velim vobis dexteram
Opemq; præsentare;
t hinc ad cœli gloriam
Possitis evolare!
Ant. Illuminare his qui in tene-
is & umbra mortis sedent ad di-
gendos pedes eorū in viam pacis
℣. Si iniquitates observaveris,
omine.
℟. Domine quis sustinebit?

Ore

Oremus.

FIdeliū, Deus omnium Condito
& redemptor, animabus famulo
rum famularumq; tuarum remissio
nem cunctorū tribue peccatorum
ut indulgentiam, quā semper o
ptaverunt, pijs supplicationib9 c
sequantur. Qui vivis & regnas
sæcula sæculorum. Amen.

Requiem æternā dona eis, D
mine: & lux perpetua luceat eis.

Requiescant in pace, Amen

AD PRIMAM

O Magne Pater, nomine
Misericordiarum,
Facturas tuas respice;
Sed immemor irarum:
Pœnas sunt quidem meritæ;
Te tamen non negârunt:
Hinc locus sit clementiæ.
Ignosce quòd peccârunt:

An

nt: Illuminare his, &c. *ut supra.*

AD TERTIAM.

IESV clementiſſime,
O optime Salvator,
ıo redemptis ſangvine
Sis mitis liberator.
dulge te amantibus
Tuam benignitatem:
enàmque deprecantibus
Oſtende bonitatem.
nt: Illuminare his. &c.

AD SEXTAM.

Fidelium animæ per, &c.
Conſolator optime,
O dulcis Paraclite;
os tu deſertos reſpice,
Et indignos quiete.
hoc æſtu temperiem
Solatiumque dona;
post laborem requiem,
Sanctæque pacis dona.

Ant: Illuminare his, &c.

AD NONAM

Fidelium animæ, per, &c.

O Dulcis Mater gratiæ,
Solatrix afflictorum;
Vim cohibe justitiæ,
Rigorem tormentorum:
Flammam voracem tempera,
Et mitiga dolores:
Incendium refrigera,
Et fini hos angores.

Ant: Illuminare his, &c.

AD VESPERAS.

Fidelium animæ, &c.

VOs tutelares Genij,
Quorum sunt hi clientes,
Quantùm vestri subsidij
Sunt ipsi indigentes!
Piorum desideria
Est vestrum excitare;
Optata refrigeria

Clientibus curare.

nt. Illuminare his, &c.

AD COMPLETORIVM.

Fidelium animæ. &c.

VOs omnes quoque Cælites
In regno triumphante,
lamini hos milites
In flammâ hac purgante:
estri in terris socij
Cùm fuerint laborum,
unc & beati otij
Vocate & bonorum.

nt: Illuminare his, qui in tene-
is, & umbra mortis ſedent ad di-
ēdos pedes eorũ in viam pacis.

℣. & Oratio, *ut ſupra.*

Oblatio.

Fons miſericordiæ,
Summæquè bonitatis,
oſint piorum lachrymæ
Hoc igne cruciatis.

Locum tuæ justitiæ
Agnoscimus infernum;
Laudes tuæ clementiæ
Hi cantent in æternum.

ADHORTATIO.

QVousquam estis Numini
Et superis devoti?
Audite! quid rogemini,
Vt sitis Dei toti:
Hic caritatis viscera
Fraternæ explicate;
Vicem rependet misera
Hæc turba liberata.

OFFICIVM
S. ANGELI CVSTODIS
AD MATVTINVM.

Illuminat.

SAncte Angele Dei, qui cust es mei; ora pro me.

℣. Deus in adjutoriũ meũ intend

℟. D

. Dñe ad adjuvandũ me festina,
Gloria Patri & Filio & Spiritui
ncto. Sicut erat in principio &
unc & semper & in sæcula sæcu-
rum Amen, Alleluia.

A Septuagesima usq; ad Pascha loco Alleluia dicitur.

aus tibi Dñe Rex æternæ gloriæ

Hymnus.

VOvo lucis exordio,
O Custos mi dulcissime,
æcam mentis caliginem,
uo splendore discute;
t me Divina monita
enignus semper edoce.

Antiph. Ecce ego mitto
ngelum meum; qui præcedat te,
custodiat in via & introducat in
cum, quem præparavi, observa
m, & audi vocem ejus.
In conspectu Angelorum psallã
tibi Deus meus. ℟.

℟. Adorabo ad templum Sanc
tuũ, & confitebor nomini tuo Di

Oremus.

DEVS qui ineffabili providen
sanctos Angelos tuos ad nost
custodiam mittere dignaris: larg
re supplicibus tuis, & eorum sem
per protectione defendi, & æte
na societate gaudere. Per Dñu
nostrum IEsum Christum, &c.

AD PRIMAM.

Offert.

Sancte Angele Dei qui custos
mei; ora pro me.
Deus in adjutorium &c.
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

MEas preces & lachrymas:
Fidus è cœlo nuncius,
Quamvis indignas excipe,
Et summo Patri tradito;

Culpi

ulpiſque meis debitas
pplex pœnas avertito.
Ant: Data ſunt ei incenſa mul-
vt adoleret ea ante altare aure-
, & aſcendit fumus aromatum
manu Angeli in conſpectu Dñi.
In conſpectu Angel: &c.
Adorabo ad templum &c.

Oratio.

s qui ineffabili provid: *ut ſupra*

AD TERTIAM.

Solatur.

ncte Angele Dei, qui cuſtos es
nei; ora pro me.
Deus in adjutorium, &c.
Gloria Patri &c.
Fflictum clementiſſime
Favore tuo recrea,
virtutis officia
niſopitum excita;
m Sancto mens in opere

Nutârit, promptus adjuva.

Ant. Reverfus eft Angelus, q
loquebatur in me, & fufcitavit
quafi virum, qui fufcitatur de
mno fuo.

℣. In confpectu &c.

℟. Adorabo ad &c.

Oratio. Deus qui ineffabili p
videntia. &c, *ut fupra.*

AD SEXTAM.

Invitat.

Sancte Angele Dei, qui cuftos
mei; ora pro me.

℣. Deus in adjutorium &c.

Gloria Patri. &c.

Hymnus.

DIffolve mentis glaciem,
Frange cordis duritiem:
Peccati oppreffum onere
Præfenti manu fubleva:
A Cœli errantem femita,

Ad Cœli viam revoca.
Ant: Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis; in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
℣. In conspectu &c.
℟. Adorabo ad &c.
Oratio. Deus qui ineffabili providentia &c. *ut supra.*

AD NONAM.

Arcet.

Sancte Angele Dei, *ut supra.*
℣. Deus in adjutorium, &c.
Gloria Patri &c.

Hymnus.

INvictâ tuâ dexterâ
Contunde vires Dæmonis:
Carnis retunde fomitem,
Mundique fraudes detege:
Vt tuo sub præsidio,

Victor ab hoste redeam?

Antiph: Benedictus.
Deus qui misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.

℣. In conspectu, &c.

℟. Adorabo &c.

Oratio. Deus qui ineffabili providentia, &c. *ut supra.*

AD VESPERAS.

Castigat.

Sancte Angele Dei qui custos es mei: ora pro me.

℣. Deus in adjutorium &c.

℟. Dñe ad adjuvãdũ me festina.

Gloria Patri &c.

Hymnus.

FLagello pigrum excita
Et reluctantem increpa
Vitæ labentis terminum
In mentem sæpè revoca;

n vitæ brevi spatio
olertiorem facito.
Ant: Et nunc Domine Domina-
or cœlorum, mitte Angelum san-
tum tuum ante nos in timore, &
remore magnitudinis brachij tui.
℣. In conspectu &c.
℟. Adorabo ad &c.
)*ratio*. Deus qui ineffabili pro-
idencia, &c.

AD COMPLETORIUM.

Tuetur.

ancte Angele Dei, qui custos es
nei; ora pro me.
℣.Cōverte nos D. salutaris noster.
℟. Et averte iram tuam à nobis.
℣. Deus in adjutorium &c.
Gloria Patri. &c.

Hymnus.

IN pugna mortis ultima
Adsis mihi fortissime:

Per-

Peractâ demum fragili
Vitâ, ductor amabilis,
Me protinus æthereis
Infer benigne sedibus.

Antiph: Vivit Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem & ibi commorantem, & inde huc revertentem & non permisit me Dominus coinquinari.

℣. In conspectu &c.

℞. Adorabo ad templum, &c.

Oratio. Deus qui ineffabili providentia &c. *ut supra.*

COMMENDATIO

HAs horas Angelicas
Cum devotione,
Tibi Christe offerimus
piâ ratione:
Vt, custodis Angeli
intercessione,

is nobis solatium
Mortis in agone.
ancti Angeli Custodes nostri de-
endite nos in prælio, ut non pe-
eamus in tremendo Dei judicio.
men.
Angele Dei, qui custos es mei,
e tibi commissum pietate super-
â, custodi illumina rege, guberna.

Oratio. ad S. Michaëlem Archangelum.

ANTIPHONA.

PRinceps gloriosissime Michaël Archangele esto memor nostri, ic & ubiq; semper precare pro obis Filium Dei.

. Sancte Michaël Archangele de-
ende nos in prælio.
. Ne pereamus in tremendo Dei
idicio. Oremus.

Beati

BEati Michàëlis Archangeli tu quæſumus Domine, interceſſio gloriosa nos ſemper protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Christum Dominum noſtrum.

Alia.

BEati Archangeli tui Michàëlis commemoratione lætantes, humiliter te Domine deprecamur, ut quod noſtris meritis non valemus ejus interceſſione conſequamur. Per Chr: Amen.

EXERCITIVM VESPERTINVM.

Seu.

Modus veſpere ritè decumbēdi. Priuſquam te conferas cubitum examinabis conſcientiam, procedendo per 6. puncta comprehensa hoc verſu:

LAV

AVDA, ORA, MEMORA, LVGE, PROPONE, SATIS-FAC.

LAVDA *Deum, gratias a-*
ndo ejus Divinæ bonitati pro
nnib9 beneficijs, potissimum ve-
eo die acceptis. sic.

Infinita bonitas te laudo, glori-
fico & gratias ago pro omnibus
neficijs tuis, quæ hodie mihi &
tâ vitâ contulisti. Tibi laus, &
gloria, per infinita sæcula.

RA *Deum, ut tibi largiri di-*
netur gratiam, quâ cognoscas
peccata, & digne de ijs dole-
as: sic:

Immensa majestas, lux vera, &
indeficiens, illumina oculos me-
ut cognoscam peccata mea, in-
mma affectum, vt dignè ea de-
ter, quo purificatus mente, tibi
Deo

Deo meo, dignè merear famulari.

MEMORA. Exige à conscientia rationem de admissis præsenti die peccatis, totius diei horas singulas à mane in vesperam percurrendo. Hæc autem præ aliis videnda erunt:

1. *An in precibus & re Divina attentus fuisti.*
2. *An nihil hodie temporis perdidisti.*
3. *An nulli detraxisti: nemine offendisti.*
4. *An nihil inconveniens; nihil cum scandalo dixisti.*
5. *An nunquam iratus, nunquam impatiens extitisti.*
6. *An omnes malas, acerbas, impuras cogitationes repulisti.*
7. *An quod heri statueras te facien*

faciendum aut cavendum, fecisti hodie & cavisti: in memoriã facile revocabit conscientia, modò loqui permittatur.

4. LVGE. *Dole de admissis peccatis & veniam pete, v. g. sic.*

INtime doleo Domine Iesu, Deus, de peccatis meis, quibus ego indignissimus tuã Majestatem, quã ex toto corde amo: impudentissimè offendi: jam detestor illa fuererequè per tuam gratiam, & pro his satisfacere, quantum exigis, volo: emendationem, & satisfactionem, quantùm possum promitto.

5. PROPONE. *Seriam cum Dei gratia emendationem in ijs, quæ in te deprehendisti, sic v.g.*

O Æterna Sapientia Christe Iesu, propono cum tua gratia, majori diligentiâ, vitæquè emendatione, com-

commiſſa & neglecta, compenſare: atque oro, ut ſi hac nocte hinc me diſcedere velis, pro tua miſericordia mecum agas: Si verò cogitas vitam meam diutiùs prorogare, gratiam largiaris, ſobriè, iuſtè, piè, vivendi in hoc ſæculo.

SATISFAC. Digna ſceleribus pœna te mulcta v. g. terram aliquoties oſculare, diutiùs flectendo ora, &c. imò pro gravitate & numero culparum, graviora tibi impera, uti eſt diſcipлina vel cilicium, &c.

Examine conſciētiæ ſic facto dices.
Confiteor Deo omnipotenti, &c. *uſq; ad finem.*

Miſereatur noſtri omnipotens Deꝰ & dimiſſis omnibus peccatis noſtris perducat nos ad vitam æternam, Amen.

Indul-

Indulgentiam, absolutionem & remissionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dñus, Amen.

Hymnus S. Ambrosij.

TE lucis ante terminum,
Rerum Creator poscimus;
Vt solitâ clementiâ,
Sis præsul, & custodia.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata,
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Præsta Pater pijssime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne sæculum.

Salva nos Domine vigilãtes, custodi nos dormientes, ut vigilemus cum Christo, & requiescamus in pace, Amen.

℣. Cuſtodi nos Domine ut pupillam oculi.

℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

℣. Dignare Dñe nocte iſtâ,

℟. Sine peccato nos cuſtodire.

℣. Miſerere noſtri Domine.

℟. Miſerere noſtri.

℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.

℟. Qẽadmodũ ſperavimus in te.

℣. Dñe exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te venia

Oremus.

Viſita quæſumus Domine habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle. Angeli tui Sancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper, Per Chriſtum Dñum noſtrum, Amen.

Angel

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate supernâ hac nocte illumina, custodi, rege, & guberna. Benedicat & custodiat nos omnipotens & misericors Dñus Pater, & Filius & Spiritus S. Amen.

Hic addes (si sodalis sis) ter Pater, Ave, Credo, *& Psalmum qui sequitur,* *ut præscribit Lex 8. Congregati:*

Pro Fidelibus Defunctis.

Psalmus.

DE profundis clamavi ad te Dñe Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris Dñe; Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, & propter legé tuam sustinui te Dñe

Susti-

Suſtinuit anima mea in verbo ejꝰ: ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem: ſperet Iſràël in Domino.

Quia aqud Dominum miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſràël ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiē æternam dona eis Dñe

Et lux perpetua luceat eis.

Oremus.

DEus Veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumu clementiam tuam; ut noſtræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæcul tranſièrunt, B. Mariâ ſemper Vir gine intercedente, cum omnibu Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitu dinis conſortium pervenire con ceda

cedas Per Dñũ noſtrũ Ieſum &c.
℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen.
Illis finitis asperge te aquâ benedictâ dicens:
Aquâ benedictâ deleantur noſtra delicta. *Vel:*
Aſperges me Dñe hyſſopo & mũdabor lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.
Asperges ſimiliter habitationem tuam, dicens:
HVjus aquæ tactus propulſet Dæmonis actus.
Tandem facto ſigno S. Crucis lectum ingradere dicens.
IN nomine Domini IESV Chriſti crucifixi,quem ex corde amo, cubitum eo: ille me benedicat, regat, cuſtodiat, & ad vitam perducat æternam: Amen.

In manus tuas Domine commẽ-do ſpiritum meum, redemiſti me Domine Deus veritatis.

In pace in id ipſum, dormiam & requieſcam.

In hæc verba obdormias, & quieſcas in nomine Domini.

Quid agendum ſit, ſi citò ne-queas obdormire.

QVoniam ergo hoc potiſſimùm tempore hoſtis humani gene-ris conatur piam animam per e-xamen conſcientiæ & contritio-nem mundatam pravis ſuggeſti-onibus inquinare; ideò, ut tel nequiſſimi feliciter evites, hæ obſervabis.

1. *Nihil mente tua volves quod Angelicæ puritati adverſa-ri poſſit.*

2. *Pones ante oculos tuos, pr ſente*

rentem, ac te intuentẽ Ss. Trinitatem, Beatissimam Virginẽ. Angelum Custodem, & omnes sanctos, in quorum conspectu geres te (ut par est) reverẽter.

3. Orabis, vel saltem animâ tuâ volves preces aliquas pias, ut sunt, Litaniæ Beatæ Virginis, Salve Regina, Ave maris stella, &c. quò fiet ut sanctè, & cito obdormias.

OFFICIVM B. V. MARIÆ EXTRA ADVENTVM AD MATVTINVM.

Quod dicitur semper in principio omnium horarum B. V. Ave Maria &c. secretò.

℣. Dñe labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adjutorium, &c.

℟. Dñe ad adjuvandum: &c.

Gloria Patri & Filio. &c.

In fine Alleluia ad omnes Horas per totum annum, præterquam à Septuagesima usque ad Sabbathum sanctū, cujus loco dicitur Laus tibi Dñe, Rex æternæ Gloriæ.

Invitatorium Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum.

Repetitur. Ave Maria gratiâ Plena Dominus tecum.

Psalmus 63.

VEnite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari nostro: Præoccupemus faciem ejus in confessione, & in psalmis jubilemus ei. Ave Maria gratiâ plena Dominus

minus tecum.
Quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus super omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem suam, quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit. Dominus tecum.
Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus: venite, adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster: nos autem populus ejus, & oves pascuæ ejus. Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum.
Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundùm diem tentationis in deserto: ubi tē-

taverunt me Patres vestri proba- verunt & viderunt opera mea. Dominus tecum.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde: ipsi verò non co- gnoverunt vias meas, quibus jura- vi in ira mea, si introibunt in re- quiem meam. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.

Gloria Patri & Filio, & Spi- ritui sancto: Sicut erat in princi- pio & nunc, & semper & in sæcu- la sæculorum, Amen. Dominus tecum: Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.

Hymnus.

QVē terra, pontus sidera Colūt adorant, prædicant, Trinā re- gentem machinam, Claustrū Ma- riæ bajulat.

Cu

Cui luna, ſol & omnia
Deſerviunt per tempora,
Per fuſa cœli gratiâ,
Geſtant puellæ viſcera.
Beata Mater munere,
Cujus ſupernus artifex
Mundum Pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata cœli nuncio,
Fæcunda ſancto Spiritu,
Deſideratus gentibus
Cujus per alvum fuſus eſt.
Ieſu tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula, Amen.

TRES PSALMI

ſequentes dicuntur Die Dominico Fer: ij. & v. ad Nocturnum.

ANTIPH. Benedicta tu.

Pſalmus 8.

DOmine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra.

Quoniam elevata est magnificentia tua: super cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos opera digittorum tuorum: lunam & stellas quæ tu fundâsti.

Quid est Homo quòd memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloriâ & honore coronâsti eum: & cõstituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus: oves & boves universas in

supe

[sem]per & pecora campi.
Volucres cæli, & pisces maris: [q]ui perambulant semitas maris.
Domine Dominus noster: quàm [a]dmirabile est nomen tuum in uni[v]ersa terra!
Gloria Patri & Filio, &c.
[A]NTIPH. Benedicta tu in mulie[r]ibus; & Benedictus fructus ven[t]ris tui.
ANTIPH. Sicut myrrha.
Psalmus 18.
CÆli enarrant gloriam Dei: & opera manuum ejus annuntiat [f]irmamentum.
Dies diei eructat verbum: & [n]ox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquelæ, neque sermo[n]es: quorum non audiantur voces [e]orum.
In omnem terram exivit sonus

eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultavit ut gigas ad currendã viam: à summo cœlo egressio ejus

Et occursus ejus usque ad summum ejus: nec est qui se abscondat à calore ejus.

Lex Domini immaculata, convertens animas: testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis.

Iustitiæ Domini rectæ, lætificãtes corda: præceptum Domini lucidum illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in sæculũ sæculi; judicia Domini vera, justificata in semetipsa

Desiderabilia super aurum &

lapid

lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel & favum.

Et enim servus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tūc immaculatus ero: & emundabor á delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adjutor meus: & redēptor meus.

Gloria Patri & Filio. &c.

ANTIPH. Sicut myrrha electa odorem dedisti suavitatis sancta Dei genitrix.

ANTIPH. Ante torum.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: & super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibꝰ & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciē Dei Iacob.

Attollite portas Prīcipes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Quis

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas Principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ. Gloria Patri.

ANTIPH. Ante thorum hujus Virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℞. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Pater noſter. *cum lectionibus & reliquis ut infra in fine tertij nocturni.*

TRES PSALMI

ſequentes dicuntur Feriâ iij & VI. *ad nocturnum.*

AN.

ANTIPH. Specie tua:
Psalmus 44.

ERVctavit cor meum verbũ bonum: dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus scribæ: velociter scribentis.

Speciosus formâ præ filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissimè.

Specie tua & pulchritudine tua intẽde prosperè procede,& regna.

Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent: in corda inimicorum Regis.

Sedes tua Deus in sæculum sæculi.

culi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circũdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem, tuam, & obliviscere populum tuum. & domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et Filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis.

Omnis

Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus: in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines post eam: & proximæ ejus afferétur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in téplũ Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum & in sæculũ sæculi.

Gloria Patri & Filio.

ANTIPH. Specie tuâ, & pulchritudine tua, intende prosperé procede, & regna.

ANTIPH. Adjuvabit eam.

Psalmus 45.

DEus noster refugium, & virtus adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dũ turbabitur terra: & transferentur mõtes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus, in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus mané diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

Venite & videte opera Domini.

quæ

quæ posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finẽ terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

Gloria Patri & Filio, &c.

ANTIPH. Adjuvabit eam Deꝰ vultu suo, Deꝰ in medio ejus non commovebitur.

Ant: Sicut lætantium. *Psal.* 86.

FVndamenta ejus in montibus sãctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sũt de te: civitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylonis scientium me.

Ecce alienigenæ & Tyrus & popu-

populus Æthiopum: hi fuerunt illic.
Numquid Sion dicet? homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus.
Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum: horum qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium omnium: habitatio est in te.
Gloria Patri & Filio.
ANTIPH. Sicut lætantium omnium nostrûm habitatio est in te sancta Dei Genitrix.
℣. Diffusa est gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Pater noster.
cum lectionibus & reliquis ut infra in fine tertij nocturni.
TRES PSALMI.
sequentes dicuntur Feria 5 & Sabba-

Sabbato ad Nocturnum.

ANTIPH. Gaude Maria Virgo.

Psalmus 95.

CAntate Domino canticum novũ: cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus: annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus: in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes Dij Gentium dæmonia: Dominus autem cœlos fecit.

Confessiò & pulchritudo in conspectu ejus: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ Gentiũ; afferte

afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini ejus:

Tollite hostias, & introite in atria ejus: adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus universa terra: dicite in Gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra commoveatur mare & plenitudo ejus: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Domini, quia venit: quoniam venit judicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate;

tate: & populos in veritate sua.
Gloria Patri & Filio.
ANTIPH. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.
ANTIPH. Dignare me.
Psalmus 96.

DOminus regnavit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
Nubes & caligo in circuitu ej9: justitia & judicium correctio sedis ejus.
Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos ej9.
Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: vidit & commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt à facie Dñi à facie Dñi omnis terra.
Annuntiaverunt cœli justitiam ejus & viderũt omnes populi gloriam ejus:

Cofundantur omnes qui adorāt ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

Adorate cum omnes Angeli ejus: audivit. & lætata eſt Sion.

Et exultaverunt filiæ Iudæ: propter Iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altiſſim9 ſuper omnem terram: nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum: cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt juſto: & rectis corde lætitia.

Lætamini iuſti in Domino; & confitemini memoriæ ſanctificationis ejus.

Gloria Patri, & Filio.

Ant. Dignare me laudare te Virgo

go ſacrata: da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

ANTIPH: Poſt partum.

Pſalmus 97.

CAntate Domino canticum novum: quia mirabilia fecit.

Salvavit ſibi dextera ejus: & brachium ſanctum ejus.

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum: in conſpectu Gentium revelavit juſtitiam ſuam.

Recordat9 eſt miſericordiæ ſuæ & veritatis ſuæ domui Iſràèl.

Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilate in conſpectu Regis Domin

mini: moveatur mare, & plenitudo ejus, orbis terrarũ, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à cõspectu Domini: quoniã venit judicare terrã.

Iudicabit orbem terrarum in justitia: & populos in æquitate.

Gloria Patri & Filio.

ANT: Post Partum Virgo inviolata permansisti, Dei Genitrix intercede pro nobis.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Pater noster, &c. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationẽ.

℟. Sed libera nos à malo.

Absolutio.

PRecibus & meritis Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium sancto-

Sanctorum. Perducat nos Dominus ad regna cœlorum, ℟. Amen.
℣. Iube Domne benedicere.
Benedictio. Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria ℟. Amen.

Lectio 1. Eccl: 34.

IN omnibus requiem quæsivi, & in hæreditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi: in Iacob inhabita, & in Israël hæreditare, & in electis meis mitte radices. Tu autem Domine Miserere nobis.
℟. Deo gratias.
℣. Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam nescio: Quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.
℣. Benedicta tu in mulieribus

& benedictus fructus ventris tui Quia.

℣. Iube Domne benedicere.

BENEDICTIO Ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dominum. ℟. Amen.

Lectio ij.

ET sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Ierusalem potestas mea, & radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Tu autem Domine miserere nobis.

℟. Deo Gratias.

℟. Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portâsti, Creatoré mundi. Genuisti, qui te fecit & in æternum permanes Virgo,

℣. Ave Maria, gratiâ plena, Do-

minus tecum. Genuisti.

℣. Iube Domne benedicere.

BENEDICTIO Per Virginé matrem concedat nobis Dominus salutem & pacem. ℟ Amen.

Lectio iij.

QVasi cedrus exaltata sũ in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion: quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho: Quasi oliva speciosa in campis, & quasi Platanus exaltata sum juxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: Quia ex te ortus est Sol justitiæ

Chri-

Christus Deus noster.

℣. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fæmineo sexu: sentiant omnes tuũ juvamen, quicunq; celebrant tuã sanctam commemorationem. Quia ex te, &c.

Gloria Patri &c. Christus. &c.

AD LAVDES.

DEus in adjutoriũ meum intẽde.

℟. Domine ad adjuvandum me festina Gloria Patri: Alleluia.

ANTIPH. Assumpta est.

Psalmus 92.

DOminus regnavit decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ: qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc à sæculo tu es.

Elevaverunt flumina Domine: elevaverunt flumina vocem suam.
Elevaverunt flumina fluctus suos: à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sãctitudo Domine in longitudinem dierum.
Gloria Patri, & Filio.
ANTIPH. Assumpta est Maria in cœlum, gaudent Angeli, laudãtes benedicunt Dominum.
ANTIPH. Maria Virgo.
Psalmus 99.
IVbilate Deo omnis terra: servite Domino in lætitia.
Introite in conspectu ejus: in exultatione.
Scitote quoniam Dominus ipse
est

eſt Deus: ipſe fecit nos, & non
pſi nos.

Populus ejus, & oves paſcuæ
ejus: introite portas ejus in con-
feſſione, atria ejus in hymnis, con-
fitemini illi.

Laudate nomen ejus, quoniam
ſuavis eſt Dominus, in æternum
miſericordia ejus: & uſque in ge-
nerationem & generationem veri-
tas ejus.

Gloria Patri, & Filio.

ANT. Maria Virgo aſſumpta eſt
ad æthereum thalamũ, in quo Rex
regum ſtellato ſedet ſolio.

ANT: In odorem.

Pſalmus. 92.

DEus Deus meus: ad te de luce
vigilo.

Sitivit in Te anima mea: quàm mul-
tipliciter Tibi caro mea.

 In

In terra deserta, & in via & inaquosa: sic in sancto apparui tibi ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratũ meũ, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiêrunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij

gladij, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui jurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua. *hic non dicitur* Gloria.

Psalmus 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suũ super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent Gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & Gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes; terra dedit fructum suum..

Benedicat nos Deus, Deus noster,

ſter, benedicat nos Deus: & me-
tuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, & Filio.

ANT. In odorem unguentorum tuorum currimus, adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.

ANTIPH. Benedicta.

Canticũ trium Puerorũ Dan 3.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt Domino: benedicite õnes virtutes Dñi Domino.

Benedicite ſol & luna Domino: benedicite ſtellæ Cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Bene-

* Benedicite ignis & æstus Domino: benedicite frigus & æstus Domino.
Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.
Benedicite glacies & nives Dño: benedicite noctes & dies Domino.
Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino.
Benedicat terra Dominũ: laudet & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite mõtes & colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Domino.
Benedicite fontes Domino: bebedicite maria & flumina Domino.
Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis, Domino: Benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israël Dominũ: laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Dño: benedicite servi Dñi, Dño.

Benedicite spiritus & animæ justorum Domino: benedicite sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Asaria, Misaël Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cũ sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Ant. Benedicta filia tu à Domino: quia per te fructum vitæ communicavimus. *Ant:*

Ant: Pulchra es.

Psalmus 148.

LAudate Dominum de cœlis: Laudate eum in excelsis.

Laudate eũ omnes Angeli ejus: Laudate eũ õnes virtutes ejus

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum & aquæ omnes quæ super cœlos sunt: laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt,

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: præceptum posuit & non præteribit.

Laudate Dominũ de terra: dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ: quæ faciunt verbum ejus,

Mon-

Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.

Bestiæ, & vniversa pecora: serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi; Principes, & omnes judices terræ.

Iuvenes & virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœlum & terrã: & exaltavit cornu populi sui

Hymnꝰ omnibꝰ sanctis ejus: filijs Israël, populo appropinquãti sibi.

Psalmus 149.

CAntate Domino canticum novũ laus ejus in Ecclesia sanctorũ.

Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & filij Siõ exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: in tympano & psalterio psallãt ei

Quia

Quia beneplacitum est Domino in populo suo: & exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in ejs judicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis ejus. *hic non dicitur* Gloria

Psalmus 150.

LAudate Dominũ in sanctis ej9: Laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus:

lauda-

laudate eum secundùm multitudinem Magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eũ in tympano & choro laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri & Filio, &c.

Ant: Pulchra es, & decora filia Ierusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

Capitulum Cant: 6.

VIderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicaverunt & reginæ laudaverunt eam.

℟. Deo gratias.

Hymnus.

Oglo-

O Gloriosa Virginum,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit; parvulum
Lactante nutris ubere.
Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flebiles,
Cœli recludis cardines.
Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.
IESV Tibi sit gloria
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & almo Spiritu
In sempiterna sæcula, Amen.

Ad Benedictus Antiph:

Beata Dei Genitrix.

Canticum Zachariæ Luc: 1.

BEnedictus Dominus Deus Israël: quia visitavit & fecit redēptionem plebis suæ. Et

Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo David pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui à ſæculo ſunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem noſtrum: daturum ſe nobis.

Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſerviamus illi.

In ſanctitate & juſtitia coram ipſo: omnibus diebus noſtris.

Et tu puer Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: in remissionem peccatorũ eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Gloria Patri & Filio.

Ant: Beata Dei genitrix Maria, Virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritûs sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo: ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fœmineo sexu. Kyrie eleyson. Christe eleyson, Kyrie eleyson.

ORATIO.

Deus,

DEus, qui de Beatæ Mariæ Virginis utero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti; præsta supplicibus tuis, ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur: Per eundem Christum Dominum nostrum.
℞. Amen.

Pro Sanctis Antiph:

Sancti Dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniũq; salute.
℣. Lætamini in Domino & exultate justi. ℞. Et gloriamini omnes recti corde.

ORATIO.

PRotege Domine populum tuũ; & Apostolorum tuorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorũ patrocinio confidenté perpetuâ defensione conserva.

Omnes

OMnes sancti tui, quæsumus Domine, nos ubiq; adjuvent: ut dũ corum merita recolimus, patrocinia sentiamus; & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab Ecclesia tua cunctam repelle nequitiam; iter, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum, in salutis tuæ prosperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per Dominum Nostrum Iesum Christum &c.

AD PRIMAM.

Ave Maria &c.

℣. Deus in adjutorium, &c.

℟. Domine ad adjuvandũ me &c.

Gloria Patri. Alleluia.

Hymnus.

Memẽ-

MEmento rerum conditor,
Nostri quòd olim corporis.
Sacratâ ab alvo Virginis,
Nascendo formam sumpseris
Maria Mater gratiæ,
Dulcis Parens clementiæ,
Tu nos ab hoste protege,
Et mortis horâ suscipe.
Iesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & almo Spiritu,
In sempiterna sæcula, Amen.

Ant. Assumpta est.

Psalmus 35.

DEus in nomine tuo salvum m[e] fac: & in virtute tua judica me. Deus exaudi orationem meam: au[ri]bus percipe verba oris mei.

Quoniã alieni insurrexerunt a[d]versum me, & fortes quæsiêrun[t] animam meam; & non proposuerũ

Deum

Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominꝰ ſuſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me:& ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria Patri, & Filio,

Pſalmus 84.

BEnedixiſti Domine terram tuã: avertiſti captivitatem Iacob.

Redemiſti iniquitatẽ plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigâſti omnem iram tuam: avertiſti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus ſalutaris noſter: & averte iram tuam à nobis.

Nun-

Numquid in æternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam à generatione in generationem.

Deus, tu conversus vivificabis nos:& plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Dñe misericordiam tuam : & salutare tuum da nobis:

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos qui convertuntur ad cor.

Verùmtamen prope timentes eum salutare ipsius:ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obviaverunt sibi: justitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & just

a de cœlo proſpexit.
Etenim Dominus dabit benignitem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.
Iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos.
Gloria Patri & Filio.
Pſalmus 116.
LAudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum.
Gloria Patri, & Filio.
Ant. Aſſumpta eſt Maria in cœlum, gaudent Angeli laudantes benedicunt Dominum.
Capitulum Cant: 6.
QVæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis

lis ut caſtrorum acies ordinata.
℟. Deo gratias.
℣. Dignare me laudare te Virg[o] ſacrata. ℟. Da mihi virtutē con tra hoſtes tuos. Kyrie eleyſon Chriſte eleyſon Kyrie eleyſon.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et &c.

ORATIO.

DEus qui Virginalem aulam Be atæ Mariæ, in qua habitares, e ligere dignatus es, da quæſumus ut ſuâ nos defenſione munitos, ju cundos facias ſuæ intereſſe com memorationi. Qui vivis & re gnas cum Deo Patre.

AD TERTIAM.

Ave Maria, &c.
℣. Deus in adjutorium. &c.
℟. Dñe ad adjuvandum, &c.
Gloria Patri, Alleluia.

Hymnus.

Mement

Memento rerum, *ut supra.* 309.

Ant. Maria Virgo.

Psalmus 119.

AD Dominũ cùm tribularer clamavi: & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa:

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Sagittæ potẽtis acutæ: cum carbonibus desolatorijs.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar: multùm incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria Patri, & Filio.

Psalmus. 121.

LEvavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedē tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ecce nō dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israël.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te: neque Luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitū tuū & exitum tuum: ex hoc nunc & usque in sæculum.

Gloria Patri & Filio:

Psal-

Psalmus 121

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.

Ierusalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in id ipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in judicio: sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quæsivi bona tibi.

Gloria Patri & Filio, &c.

Ant: Maria Virgo assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regum stellato sedet solio.

Capitulum Eccl: 24. c.

ET sic in Sion firmata sum & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Ierusalẽ potestas mea.

℟. Deo gratias.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.

℣. Dominꝰ Vobiscũ. ℟. Et &c.

ORATIO

DEus qui salutis æternæ, beatæ Mariæ Virginitate fœcundæ, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, ut ipsã pro nobis

bis intercedere sentiamus, per quã meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christũ &c.

AD SEXTAM.

Ave Maria, &c.

℣. Deus in adjutorium, &c.

℣. Dñe ad adjuvandum, &c.

Gloria Patri & Filio. All:

Hymnus.

Memento rerum, *ut supra.* 309.

Ant: In odorem.

Psalmus 122.

AD te levavi oculos meos: qui habitas in cœlis.

Ecce sicut oculi servorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multùm repleti sumus despectione.

Quia multùm repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus & despectio superbis.

Gloria Patri & Filio.

Psalmus 123.

NIsi quia Dominus erat in nobis dicat nunc Isráël, nisi quia Dominus erat in nobis.

Cum exurgerēt homines in nos forté vivos deglutîssent nos.

Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrenté pertransivit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus Dominus: quia non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.
Adjutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cœlum & terrã.
Gloria Patri & Filio.
Psalmus 124.
QVi confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commovebitur in æternũ, qui habitat in Ierusalẽ.
Montes in circuitu ejus: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & usque in sæculum.
Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum: ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.
Benefac Domine bonis: & rectis corde.
Declinantes autem in obligatio-

nes, adducet Dominus cum operãtibus iniquitatem: pax super Isràël
Gloria Patri & Filio.
Ant: In odorem ungventorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis.
Capitulum Eccl: 24. 6.
ET radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.
℟. Deo gratias.
℣. Benedicta tu in mulieribus,
℟. Et benedictus fructus ventris tui. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.
℣. Dominus vobiscum. &c.
ORATIO.
COncede misericors Deus fragilitati nostræ Præsidium: ut qui sanctæ Dei Genitricis memoriam
agimus

agimus intercessionis ejus auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Dominum. &c.

AD NONAM

Ave Maria &c.

℣. Deus in adjutorium &c.

℞. Domine ad adjuvandũ, &c.

Gloria Patri, Alleluia.

Hymnus.

Memento rerum *ut supra*. 309.

Ant: Pulchra es.

Psalmus 125.

IN convertendo Dominus captivitatem Sion: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletũ est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter Gentes: Magnificavit Dominus facere cum ejs

Magnificavit Domin9 facere nobiscum: facti sumus lætantes.

Converte Domine captivitatem noſtram, ſicut torrens in Auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis: in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant: mittentes ſemina ſua.

Venientes autẽ venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Gloria Patri & Filio.

Pſalmus 126.

NIſi Dominus ædificaverit domum: in vanũ laboraverunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodiêrit civitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eã.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cùm dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce hæreditas Domini, filij, merces, fructus ventris.

Sicut

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta. Gloria Patri, & Filio.

Pſalmus 127.

BEati omnes qui timent Dominum: qui ambulant in vijs ejus

Labores manuũ tuarum quia mãducabis; beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut novellæ olivarum: in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Siõ: & videas bona Ieruſalem omnib9 diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum:

pacem

pacem super Israël.

Gloria Patri & Filio &c.

Ant. Pulchra es & decora filia Ierusalem: terribilis ut Castrorum acies ordinata.

Capitulum Eccl: 24. c.

IN plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorẽ dedi, quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. ℟. Deo gratias. ℣. Post partum Virgo inviolata permansisti. ℟. Dei Genitrix intercede pro nobis. Kyrie eleyson Christe eleyson, Kyrie eleyson. ℣. Dominus vobiscum. &c.

ORATIO.

FAmulorum tuorum quæsumus Domine, delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis Filij tui Domini nostri intercessione salvemur. Per Dñum.

AD

AD VESPERAS.

Ave Maria &c.

℣. Deus in adjutorium, &c.

℟. Domine ad adjuvādū me &c.
Gloria Patri. Alleluia.

Ant. Dum esset Rex.

Psalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo: sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos; scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum,

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.

Iuravit Dominus & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternū: secundum ordinem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis; confregit

git in die iræ ſuæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Gloria Patri, & Filio.

Ant: Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuavitatis.

Ant: Læva ejus.

Pſalmus 112.

LAudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini Benedictum: ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

A ſolis ortu uſque ad occaſum laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dñus: & ſuper cœlos gloria ejus.

Quis ſicut Dominus Deus noſter,

ter? qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo & in terra?
Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principib⁹ cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilē in domo: matrem filiorum lætantem.
Gloria Patri, & Filio.
Ant: Læva ejus sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.

Antiph: Nigra sum.

Psalmus. 121.

LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis Ierusalem.
Ierusalem quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipsū.
Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israël

ad

ad confitendum nomini Domini
Quia illic sedernnt sedes in j
dicio: sedes super domum Davi
Rogate quæ ad pācem sunt Ier
salē: & abundantia diligentibus t
Fiat pax in virtute tua: & abu
dantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, & prox
mos meos: loquebar pacem de t
Propter Domum Domini D
nostri: quæsivi bona tibi.
Gloria Patri, & Filio.
Ant: Nigra sum sed formosa f
liæ Ierusalem; ideò dilexit me Re
& introduxit me in cubiculū suū
Ant: Iam hyems transiit.
Psalmus 126.
NIsi Dominꝰ ædificaverit domū
in vanum laboraverunt, qui æ
dificant eam.
Nisi Dominꝰ custodiêrit civitat
fru-

frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnũ: ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beat9 vir qui implevit desideriũ suum ex ipsis: non cõfundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio.

Antiph: Iam hyems transijt imber abijt, & recessit: surge amica mea, & veni.

Antiph: Speciosa facta es.

Psalmus 147.

LAuda Ierusalem Dominum: Lauda Deum tuum Sion.

Quoniã confortavit seras portarum

rũ tuarũ: benedixit filijs tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem & adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.
Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallũ suam sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit.
Emittet verbũ suũ, & liquefaciet ea; flabit spirit9 ej9 & fluent aquæ
Qui annuntiat verbum suum Iacob: justitias & judicià sua Israël.
Non fecit taliter omni nationi: & judicia sua non manifestavit ejs
Gloria Patri, & Filio &c.
Ant: Speciosa facta es & suavis in delicijs tuis sãcta Dei Genitrix.

Capitulum Eccl: 24. 6.

Ab

AB initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurũ sæculũ on desinam: & in habitatione sã-ta coram ipso ministravi.

Deo gratias. *Hymnus.*

AVe maris stella,
Dei mater alma,
tque semper Virgo,
'elix cœli porta.
Sumens illud Ave
abrielis ore,
'unda nos in pace,
Iutans Evæ nomen,
Solve vincla reis,
'rofer lumen cæcis,
Iala nostra pelle,
ona cuncta posce.
Ionstra te esse matrem,
umat per te preces;
Qui pro nobis natus,
'ulit esse tuus.

Virgo

Virgo singularis.
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Vt videntes IESVM
Semper collætemur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto.
Tribus honor unus, Amen.

℣. Diffusa est gratia in labijs tui
℟. Propterea benedixit te Deu in æternum.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA.

Beata Mater.

Canticum B. M. V. Luc. 1.

MAgnificat anima mea Domini
Et exultavit spiritus meus. i Deo

)eo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancil-
e ſuæ: ecce enim ex hoc beatam
ie dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui po-
:ns eſt: & ſanctum nomen ejus.
Et miſericordia ej9 à progenie
i progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo:
iſperſit ſuperbos mẽte cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: &
xaltavit humiles.
Eſurientes implevit bonis: & di-
tes dimiſit inanes.
Suſcepit Iſraël puerum ſuum: re-
ordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres no-
ros Abraham & ſemini ejus in
ecula. Gloria Patri, & Filio.
Antiph: Beata Mater, & inta-
a Virgo, glorioſa Regina mundi,
inter-

intercede pro nobis ad Dominu
Kyrie eleyson, Christe eleyson,
Kyrie eleyson. ℣. Dominus vo
biscum, ℟. Et cum spiritu tuo

ORATIO

CОncede nos famulos tuos quæ
sumus Dñe Deus, perpetuâ m
tis & corporis sanitate gaudere, e
gloriosâ Beatæ Mariæ semper Vi
ginis intercessione, à præsenti l
berari tristitia, & æternâ perfru
lætitiâ. Per Christum Dominu
nostrum.

Commemoratio pro Sanctis, ut supra. *307.*

Antiph: Sancti Dei.

Cum Oratione.

AD COMPLETORIUM.

Ave Maria, &c.

℣. Converte nos Deus salut
ris noster:

℟. I

℣. Et averte iram tuā à nobis.
℣. Deus in adjutoriū meū intēde.
℟. Domine ad adjuvandū me festina. Gloria Patri Alleluia.

Psalmus 128.

SÆpe expugnaverunt me à juvētute mea: dicat nunc Iſraël.
Sæpè expugnaverunt me à juvētute mea: etenim non potuerūt mihi.
Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem ſuam.
Dominus juſtus concidit cervices peccatorum: confundantur. & convertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.
Fiant ſicut fænū tectorum: quod priuſquam evellatur, exaruit.
De quo non implevit manum ſuam qui metit: & ſinum ſuum qui manipulos colligit.

Et

Et non dixerunt qui præterib
Benedictio Domini super vos: b
nedicimus vobis in nomine Dñi
Gloria Patri & Filio.

Psalmus 129.

DE profundis clamavi ad te Di
Domine exaudi vocem mear
Fiant aures tuæ intendentes:
vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris D
mine: Domine quis sustinebit.

Quia apud te propitiatio est:
propter legem tuam sustinui
Domine.

Sustinuit anima mea in ver
ejus: speravit anima mea in D
mino.

A custodia matutina usque
noctem: speret Israël in Domin

Quia apud Dominum miseric
dia; & copiosa apud eum redép

Et ipſe redimet Iſráël: ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri & Filio.

Pſalmus 110.

DOmine, non eſt exaltatum cor meum: nequè elati ſunt oculi mei.

Nequé ambulavi in magnis: nequé in mirabilibus ſuper me.

Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltavi animam meam.

Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retributio in anima mea.

Speret Iſráël in Domino: ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Gloria Patri. & Filio.

Hymnus.

Memento rerum *ut ſupra.* 506.

Capitulum Eccl: 24.

EGo mater pulchræ dilectioni & timoris & agnitionis & sa ctæ spei.

℟. Deo gratias.

℣. Ora pro nobis sancta D genitrix.

℟. Vt digni efficiamur prom sionibus Christi.

Ad Nunc dimittis Antiph:

Sub tuum præsidium.

Canticum Simeonis Luc: 2.

NVnc dimittis servum tuum D mine: secundùm Verbum tuu in pace.

Quia viderunt oculi mei: sal tare tuum.

Quod parâsti ante faciem o nium populorum.

Lumen ad revelationem Gen um: & gloriam plebis tuæ Israël.

Gloria Patri, & Filio.

Anti

Antiph: Sub tuum præsidium confugimus sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus; sed à periculis cunctis libera nos, semper Virgo gloriosa & benedicta. Kyrie-eleyson. Christe eleyson, Kyrie-eleyson.

ORATIO.

BEatæ & gloriosæ semper Virginis Mariæ quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat: & ad vitam perducat æternam. Per Dominum nostrum IESVM Christum &c.

OFFICIVM, B. MARIÆ V.

in Adventu.

Ad Veſperas *Antiph*: Miſſus eſt *cum reliquis de laud: ut inf.* 346 *Pſalmi* Dixit Dominus. Lauda te pueri: Lætatus ſum. Niſi Do minus ædificaverit. Lauda Ieru ſalem Dominum. *ut ſupra.* 32

Capitulum Eſaiæ 11.

EGredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice ejus aſcen det. Et requieſcet ſuper eum Spiri tus Domini.

℟. Deo gratias.

Hymnus.

Ave maris ſtella. *ut ſupra.* 325

Ad Magnificat Antiph:

Spiritus ſanctus in te deſcende Maria, ne timeas habebis in uter Filium Dei, Alleluia. Kyrie eley ſon. Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

ORA

ORATIO

DEus qui de beatæ Mariæ Virginis utero, Verbum tuum, An-
elo nuntiante, carnem suscipere
oluisti: præsta supplicibus tuis:
t qui verè eam genitricem Dei
edimus, ejus apud te inter-
essionibus adjuvemur. Per eun-
em Christum Dominum nostrũ.
℟. Amen.

*Hæc oratio dicitur ad omnes
Horas, sed cum conclusione inte-
ra, scilicet.* Per eundem Do-
inum nostrum Iesum Christum
ilium tuum, qui tecum vivit, &c.

*Pro sanctis ad vesperas &
audes tantùm. Antiphona.*

Ecce Dominus veniet, & om-
es Sancti ejus cum eo: & erit in
ie illa lux magna. Alleluia.

℣. Ecce apparebit Dominus

ſuper nubem candidam.

℟. Et cum eo Sanctorum millia

ORATIO.

CONſcientias noſtras, quæſumu Domine, viſitando purifica ut veniens Ieſus Chriſtus Filiu tuus Dominus noſter, cum omn bus Sanctis, paratam ſibi in nobi inveniat manſionem. Qui tecu vivit.

Ad Completorium Pſalmi & Hymnus, ut ſup a ante Adventum 333.

Capitulum Eſaiæ 7. 6.

ECce Virgo concipiet & pari filium, & vocabitur nomen e jus Emanuel, butyrum & me comedet, ut ſciat reprobare ma lum, & eligere bonum.

℣. Angelus Domini nuntiav Mariæ.

℟. E

℟. Et concepit de Spiritu sancto.

Ad Nunc dimittis Antiph: Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas, habebis in utero Filium Dei Alleluia. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

ORATIO.

Deus qui de B. Mariæ. *ut supra.* in Vesperis 339.

Ad Matutinum, Invitatorium, Hymnus, Antiph: Psalmi & Versiculi usque ad Lectiones, dicuntur sicut ante Adventum & præter. Antiphonam, iij Nocturni, post Partum; cujus loco dicitur sequens Ant:

Angelus Domini nuntiavit Mariæ; & concepit de Spiritu sancto. Alleluia.

Absolutio.

PRecibus & meritis beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum perducat nos Dominus ad regna cælorum.

℟. Amen.

℣. Iube Domne benedicere.

Bened: Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria. ℟. Amen.

Lectio j Luc: 1. *c.*

MIssus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Tu autem Domine miserere nobis.

℟. Deo gratias.

℟. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Ioseph, nuntians ei verbum: & expavescit Virgo de lumine. Ne timeas Maria: invenisti gratiam apud Dominum: Ecce concipies & paries, & vocabitur Altissimi Filius. ℣. Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Iacob in æternũ. Ecce ℣, Iube Domne benedicere

Bened: Ipsa Virgo Virginum intercedat pro nobis ad Dominum.

℟. Amen.

Lectio ij.

QVæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista salutatio: Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in u-

tero, & paries filium; & vocabis nomen eius Iesum: Hic erit magnus & Filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedē David Patris ejus: & regnabit in Domo Iacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Tu autem Domine miserere nobis.

℟. Deo gratias.

℣. Ave Maria gratiâ plena Dominus tecum. Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. ℣. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus sanctus. ℣. Iube Domne benedicere, *Bened*: Per Virginem Matrē concedat nobis Dominus salutem & pacē. ℟. Amen.

Lectio

Lectio iij

DIxit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei, & ecce Eliſabeth cognata tua & ipſa concepit Filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus eſt illi quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbũ Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.

Tu autem Domine. ℟. Suſcipe verbum Virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum tranſmiſſum eſt: concipies & paries Deum

um pariter & hominem: Vt benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris gravida, & eris mater ſemper intacta. Vt benedicta. Gloria Patri. Vt benedicta.

Ad Laudes & per Horas Antiphonæ.

MIſſus eſt Gabriel Angelus ad Mariam Virginem deſponſatã Ioſeph.

Pſalm. Dominus regnavit. cum reliquis ad laudes, extra adventũ.

Antiph: Ave Maria gratiâ plena Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, Alleluia.

Antiph: Ne timeas Maria, inveniſti gratiam apud Dominum: ecce concipies & paries filium. Alleluia.

Antiph: Dabit ei Dominus sedem David patris eius; & regnabit in æternum.

Antiph. Ecce ancilla Domini fiat mihi secundùm verbum tuum.

Capitulum Esaiæ, 11.

EGgredietur virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascẽdet: Et requiescet super eum Spiritus Domini.

Hymnus.

O Gloriosa Virginũ *ut supra.* 301.

Ad Benedictus Antiph:

Spiritus Sanctus in te descendet Maria, ne timeas, habebis in utero Filium Dei. Alleluia. Kyrie eleyson. Chryste eleyson. Kyrie eleyson.

ORATIO.

DEus, qui de Beatæ Mariæ Virginis utero, Verbum tuum, An-

gelo

gelo nuntiante carnem suscipe
voluisti: præsta supplicibus tu
ut qui verè eam genitricem D
credimus, eius apud te interce
onibus adjuvemur. Per eunde
Dominum nostrum IEsum Chi
stum Filium tuum: qui tecum v
vit.

Pro Sanctis Antiphona.

Ecce Dominus veniet, & o
mnes Sancti eius cum eo: & er
in die illa lux magna Alleluia

℣. Ecce apparebit Domino su
per nubem candidam.

℟. Et cum eo Sanctorum millia

ORATIO.

COnscientias nostras quæsumu
Domine, visitando purifica: u
veniens Iesus Christus Filius tu
us Dominus noster cum omnibu

nctis, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Horas Hymni & Psalmi dicuntur sicut ante Adventum.

Ad Primam Antiph.

Missus est.

Capitulum Esaiæ 7. c.

ECce Virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos. Kyrie eleyson. Christe eleyson, Kyrie eleyson.

ORATIO.

Deus

Deus qui de Beatæ Mariæ.
ut supra. 339.

Ad Tertiam Ant: Ave Mari

Capitulum Esaiæ 11.

EGredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Domini.

℣. Diffusa est gratia in labijs tu

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum, Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyso

ORATIO.

Deus qui de B. Mariæ 339.

Ad sextam Antiph:
Ne timeas Maria.

Capitulum Luc: 1. c.

DAbit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob, in æternum & regni

gni ejus non erit finis. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

ORATIO.

Deus qui de beatæ Mariæ. *ut supra. pag.* 339.

Capitulum Isaiæ.

ECce Virgo concipiet, & pariet filium: Et vocabitur nomē ejus, Emmanuel. Butyrum & mel comedet, ut sciat, reprobare malum, & eligere bonum.

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariæ.

℟. Et concepit de Spiritu sancto. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.

ORATIO.

De-

Deus qui de beatæ Mariæ *ut supra.*

POST NATIVITATEM,

Vsque ad purificationem inclusivè. Officium B.M. dicitur, ut ante Adventum, exceptis his quæ sequentur.

AD LAVDES.

& Per Horas Antiph:

O Admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus sumens, de Virgine nasci dignatus est: & procedens homo sine semine, largitus est nobis suam Deitatem.

Psalmus. Dominus regnavit. *cum reliquis.*

Antiph: Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ sunt Scripturæ: sicut pluvia in

vellus

ellus descendisti, ut salvum faceres genus humanum, te laudamus Deus noster.

Antiph: Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem: Dei genitrix intercede pro nobis.

Antiph: Germinavit radix Iesse: orta est stella ex Iacob: Virgo peperit Salvatorem: te laudamus Deus noster.

Antiph: Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Ioannes videns exclamavit, dicens, Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi, Alleluia.

Ad Benedictus Antiph:

Mirabile mysterium declaratur hodie: innovantur naturæ; Deus homo factus est: id quod fuit permansit

mansit & quod non fuit assumpsit non commixtionē passus neq divisionem. Kyrie eleyson Chri ste eleyson, Kyrie eleyson.

DEus qui salutis æternæ, beata Mariæ virginitate fæcunda hu mano generi præmia præstitisti tribue quæsumus, ut ipsam pr nobis intercedere sentiamus, pe quam meruimus auctorem vitæ su scipere Dominum nostrum Iesun Christum Filium tuum.

℞. Amen.

Et dicitur ad omnes Horas & in ejs additur. Qui tecū vivit

Deinde pro Sanctis Antiph: Sancti Dei omnes *cum oratione ut supra.* 304.

Reliqvum Officium in alijs Hori:, ut supra. ante Adventum

A

Ad vesperas Antiph: O admirabile. *ut supra. in Laudibus* Psalmi *consueti de Beata Virgine ut supra. pag.* 327.
Ad Magnificat & ad Nunc dimittis. Antiph:
Magnum hereditatis mysterium: templum Dei factus est uterus nescientis virum: non est pollutus ex ea carnem assumens: omnes Gẽtes venient dicentes: Gloria tibi Domine.
TEMPORE PASCHALI.
Officium B. Mariæ dicitur sicut ante Adventum; sed ad Benedictus & ad Magnificat, & ad Nunc dimittis, *dicitur sequens Ant:*
Regina cœli lætare, Alleluia: quia quem meruisti portare, Alleluia: resurrexit sicut dixit, Alleluia: ora pro nobis Deũ Alle.
Anti-

Antiphonis autem, Versibus & Responsorijs non additur in fin[e] Alleluia.

OFFICIVM DEFVNCTORVM

Dicitur integrum, cum Invi[ta]tatorio & tribus Nocturnis; & Antiphonæ duplicantur, tam a[d] Vesp: quàm ad Matutinum i[n] die omnium Fidelium defunct[o]rum, in die depositionis & in A[n]niversario alicujus défuncti, [c]una tantùm oratione ut infr[a] & ad Vesperas omittitur Psa[l]mus, Lauda anima mea & [a]d Laudes, De profundis. *Reliq[uo] anni tempore dicitur Officiu[m] ut est notatum.*

AD VESPERAS

Absolutè incipit ab Antipho[na] Placebo Dño. *Ps[al.]*

Psalmus.

DIlexi; quoniam exaudiet Dñus; vocem orationis meæ. Quia inclinavit aurem suam mihi: & in diebus meis invocabo.

Circũdederunt me dolores mortis: & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem inveni: & nomen Domini invocavi.

O Domine libera animam meã: misericors Dominus & justus, & Deus noster miseretur.

Custodiet parvulos Dominus: humiliatus sum, & liberavit me.

Cõvertere anima mea in requiẽ tuam: quia Dñus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos, à lapsu.

Placebo Domino: in regione vivorum.

In

In fine omnium Psalmorum dicitur:

Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

ANTIPHONA.

Placebo Dño in regione vivorum.

Antiph: Heu mihi.

Psalmus.

Ad Dominum cùm tribularer

ut suprà. pag: 311.

Antiph: Heu mihi Dñe: quia incolatus meus prolongatus est.

Antiph: Dominus.

Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes &c. ut pag. 212.

Antiph: Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Antiph: Si iniquitates.

Psalmus, 129.

D

De profundis clamavi ad te Domine &c. v. pag: 536.

Antiph: Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit?

Antiph: Opera manuum.

Psalmus 137.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo quoniam audisti omnia verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallã tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, & veritate tua quoniam magnificâsti super omne nomen sanctum tuum.

In quacunq; die invocavero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quia audierunt o-

mnia verba oris tui.

Et cantent in vijs Domini: quo niam magna eſt gloria Domini.

Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit: & alta à long cognoſcit.

Si ambulavero in medio tribu lationis, vivificabis me: & ſupe iram inimicorum meorum exten diſti manum tuam, & ſalvum m fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: D mine miſericordia tua in ſæculun opera manuum tuarũ ne deſpicia

Requiem æternam dona e Domine.

Antiph: Opera manuum tua Domine ne deſpicias.

℣. Audivi vocem de cælo dic tem mihi.

℟. Beati mortui qui in Dom

moriuntur.

Antiph: Omne quod dat.

Canticum B. V. Mariæ.

Magnificat anima mea Dominũ. &c. pag: 370.

Requiem æternam &c.

Antiph: Omne, quod dat mihi ter, ad me veniet & eum qui nit ad me non eijciam foras.

Preces infra scriptæ in ferialibus diebus dicuntur flexis genibus.

ter noster, secretò. Et ne nos ducas in tentationem Sed libera s à malo.

Psalmus 145.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: allam Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus: filijs hominum, in quibus non t salus.

Exibit spiritus ejus, & reverte-
tur in terram suam: in illa die pe-
ribunt omnes cogitationes ejus.

Beatus, cuius Deus Iacob adjuto-
ejus spes ejus in Dño Deo ipsius
qui fecit cœlum & terram, mar-
& omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæcu-
lum, facit judicium injuriam p-
tientibus: dat escam esurientibu-

Dominus solvit compeditos
Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos: Dom-
nus diligit justos.

Dominus custodit advenas, p-
pillum & viduam suscipiet: & v-
as peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus In sæcul-
Deut tuus Sion: in generatione
& generationem.

Requiem æternam &c.

A p

A porta inferi.
Erue Domine animas eorum.
Requiescant in pace. Amen.
Domine exaudi orationem meã.
Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulos tuos Pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus: ut eorũ quoq; perpetuo aggregentur consortio:

DEVS veniæ largitor & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc sæculo trãsierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortiũ pervenire cõcedas.

Fidelium Deus omnium condi-
tor & redemptor animabus famu-
lorum, famularumq; tuarum re-
missionem cunctorum, tribue pec-
catorum: ut indulgentiam quam
semper optaverunt, pijs supplica-
tionibus consequantur. Qui vivis
& regnas in sæcula sæculorum, A.

Requiem æternā dona eis Do-
mine. Et lux perpetua luceat eis.

Requiescant in pace.

AD MATVTINVM.

Invitatorium. Regem cui omnia
vivunt. Venite adoremus *& rep*e-
titur. Regem.

Psalmus 94.

VEnite exultemus Domino, ju-
bilemus Deo salutari nostro:
præoccupemus faciem ejus in con-
fessione & in Psalmis jubilemus
ei. Regem cui omnia vivunt. V

ni

e adoremus.
Quoniam Deus magnus Domi-
s & Rex Magnus ſuper omnes
cos: quoniam non repellet Do-
nus plebem ſuam quia in manu
is ſunt omnes fines terræ, & al-
udines montium ipſe conſpicit.
Venite adoremus.
Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe
it illud, & aridam fundaverunt
nus ejus: Venite adoremus &
ocidamus ante Deum: ploremus
ram Domino qui fecit nos: quia
e eſt Dominus Deus noſter:
s autem populus ejus & oves
cuæ ejus Regem cui omnia
unt. Venite adoremus.
Hodie, ſi vocem ejus audieri-
nolite obdurare corda veſtra,
it in exacerbatione ſecundùm
m tentationis in deſerto: ubi

tentaverunt me patres vestri, pro-baverunt & viderunt opera mea.
Venite adoremus.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic & dixi: semper hi erant corde: ipsi verò non cognoverunt vias meas quibus juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.
Regem cui omnia vivunt, Venite adoremus.
Requiem æternam dona ejs Domine, & lux perpetua luceat ej. Venite adoremus. Regem cui omnia vivunt venite adoremus.
In 1. Nocturno pro Feria 2, & 5. Antiph. Dirige Dñe.
Psalmus. 5.
VErba mea auribus percipe Domine; intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ
R

Rex meus & Deus meus.
Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies vocem meam.
Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit juxta te malignus: neq; permanebunt injusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinũ & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in justitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum; linguis suis dolosè agebāt judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus suis secundum multitudinem impietatū eorum expelle eos: quoniam irritaverunt te Domine.

Et lætentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ: coronâsti nos.

Requiem æternam.

Antiph: Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meã.

Antiph: Convertere Domine.

Psal-

Psalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, & eripe animā meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit Tui: in inferno autem quis confitebitur tibi.

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbat9 est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos. Di-

Diſcedite à me omnes, qui o operamini iniquitatem: quoniam e xaudivit Domin9 vocē fletus mei

Exaudivit Dominus deprecatio nem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur ve hementer omnes inimici mei: con vertantur & erubeſcant valde ve lociter.

Requiem æternam.

Antiph: Convertere Domine & eripe animam meam: quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui.

Antiph. Ne quando.

Pſalmus 7.

DOmine Deus meus in te ſpē ravi: ſalvum me fac ex omnib9 perſequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat ut leo anim meam: dum non eſt qui redimat

nequ

neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus si feci i-stud: si est iniquitas in manib9 meis

Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam: & comprehendat & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meã in pulverem deducat.

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorũ meorum.

Et exurge Domine Deus meus in præcepto, quod maudâsti: & synagoga populorũ circũdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secundùm iustitiam meam: & secundùm innocentiam meam super me.

Con-

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum: scrutans corda & renes Deus,

Iustum adjutorium meum à Domino: qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex iustus fortis, & patiens: nunquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetēdit, & paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturijt iniustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Con-

Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

Requiem æternam.

Antiph: Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvũ faciat

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorũ.

Pater noster, *totum secretô*

Lectio 1. *Iob*: 7.

PArce mihi Domine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subitò probas illum. Vsquequo non parcis mihi: nec dimittis me, ut glutiam salivã meam? Peccavi: Quid faciam tibi ô custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi; & factus sum mihi-

mihimet ipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum? & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiã: & si manè me quæsieris, non subsistam.

℟. Credo quòd Redẽptor meus vivit; & in novissimo die de terra surrecturus sum, Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse & non alius; & oculi mei conspecturi sũt. Et in carne mea &c.

Lectio II. Iob. 10.

TÆdet animam meam vitæ meæ, dimittam adversùm me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ: dicam Deo, noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita judices? Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris me & opprimas me opus manuum tuarum, &

consi

consilium impiorum adiuves? Nũquid oculi carnei tibi sunt aut sicut videt homo & tu videbis? Nũquid sicut dies hominis dies tui: & anni tui, sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere.

℟. Qui Lazarum resuscitâsti à monumento fœtidum. Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ. Qui venturus es iudicare vivos & mortuos, & sæculũ per ignem. Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

Lectio 3. Iob. 10.

MAnus tuæ Domine fecerunt me & plasmaverunt me totum in circuitu: & sic repentè præci-

præcipitas me? Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulâsti? Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & nervis compegisti me. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.

℟. Domine quando veneris iudicare terram, ubi me abscondam à vultu iræ tuæ? Quia peccavi nimis in vita mea. Commissa mea pavesco, & ante te erubesco: dum veneris iudicare noli me condemnare. Quia peccavi &c. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Quia peccavi nimis in vita mea.

Postea ad Laudes ut infrà.

IN II. NOCTVRNO.

Pro

Pro Feria tertia, & Sexta,

Antiph: In loco pafcuæ.

Pfalmus 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pafcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.

Deduxit me fuper femitas iuftitiæ: propter nomen fuum.

Nam etfi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipfa me confolata funt.

Parâfti in confpectu meo menfã: adversùs eos qui tribulant me.

Impinguâfti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians, quàm præclarus eft.

Et mifericordia tua fubfequetur me:

me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in Domo Domini: in longitudinem dierum.

Requiem æternam &c.

Antiph. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Antiph: Delicta.

Psalmus 24.

AD te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: etenim universi qui sustinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: supervacuè.

Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus salvator meus & te sustinui tota die.

Reminifcere miferationum tuarum Domine: & mifericordiarum tuarum quæ à fæculo funt.

Delicta iuventutis meæ: & ignorantias meas ne memineris.

Secundùm mifericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatẽ tuam Domine.

Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget manfuetos in judicio: docebit mites vias fuas.

Vniverfæ viæ Domini mifericordia & veritas: requirentibus teftamentum eius & teftimonia eius.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum eft enim.

Quis eft homo qui timet Dñum? legem ftatuit ei in via quam elegit.

Ani-

Anima eius in bonis demorabitur: & semen eorum hæreditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me & miserere mei: quia unicus & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, & erue me:

te: non erubeſcam quoniam ſperavi in te.

Innocentes & recti adhæſerunt mihi: quia ſuſtinui te.

Libera Deus Iſràél: ex omnib9 tribulationibus ſuis.

Requiem æternam.

Antiph: Delicta iuventutis meæ & ignorantias meas ne memineris Domine.

Antiph: Credo videre.

Pſalmus 26.

DOminus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: a quo trepidabo?

Dum appropiant ſuper me nocentes: ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.

Si conſiſtant adversū me caſtra: non

non timebit cor meum.

Si exurgat adversum me præliū in hoc ego sperabo.

Unam petij à Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini & visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorū protexit me in abscondito tabernaculi su

In petra exaltavit me: & nun exaltavit caput meum super inimicos meos.

Circuivi, & immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferation cantabo & psalmum dicam Dñc

Exaudi Domine vocem mean quâ clamavi ad te: miserere mei exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiv

e fecies mea: Faciem tuam Do-
ine requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: ne
eclines in ira à ſervo tuo.

Adiutor meus eſto, ne derelin-
uas me: neq; deſpicias me Deus
alutaris meus.

Quoniam pater meus & mater
ea dereliquerunt me: Dominus
utem aſſumpſit me.

Legem pone mihi Domine in
ia tua: & dirige me in ſemitam
ectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribu-
ātium me: quoniam inſurrexerunt
n me teſtes iniqui & mentita eſt
niquitas ſibi.

Credo videre bona Domini: in
erra viventium.

Expecta Dñum viriliter age: &
ōfortetur cor tuũ & ſuſtine Dñũ.

Requiem æternam &c.

Antiph: Credo videre bo
Domini in terra viventium.

℣. Collocet eos Dominus cu
principibus.

℟. Cum principibus pop
sui.

Pater noster. *totum secretè*

Lectio 4. lib. 13.

RESponde mihi, quantas hab
iniquitates & peccata: scele
mea, & delicta mea ostéde mihi C
faciē tuam abscondis, & arbitra
me inimicum tuum? Contra fo
quod vento rapitur, ostendis p
tentiam tuam: & stipulam sicc
persequeris. Scribis enim con
me amaritudines, & consumere
vis peccatis adolescentiæ me
Posuisti in nervo pedem meum,
observâsti omnes semitas meas

estigia pedum meorum conside-
rasti. Qui quasi putredo consu-
mendus sum, & quasi vestimentum
quod comeditur à tinea.
℟. Memento mei Deus, quia
ventus est vita mea. Nec aspiciat
me visus hominis. ℣. De profun-
dis clamavi ad te Domine: Domi-
ne exaudi vocem meam. Nec
aspiciat me &c.

Lectio 5. Iob: 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur mul-
tis miserijs: Qui quasi flos egredi-
tur, & conteritur, & fugit ve-
lut umbra, & nunquam in eodem
statu permanet. Et dignum ducis
super huiuscemodi aperire oculos
tuos, & adducere eum tecum in
iudicium? Quis potest facere mun-
dum de immundo conceptum se-
mine?

mine Nonne tu qui solus es: Br
ves dies hominis sunt, numer
Mensium eius apud Te est: consi
tuisti terminos eius, qui præter
non poterunt. Recede paululù
ab eo, ut quiescat, donec opta
veniat, sicut mercenarij dies eiu

℟. Hei mihi Domine, quia pe
cavi nimis in vita mea: quid fac
miser? ubi fugiam nisi ad te De
meus. Miserere mei, dum vene
in novissimo die.

℣. Anima mea turbata est va
de, sed tu Domine succurre ei.
Miserere mei.

Lectio 6. Iob: 14.

QVis mihi hoc tribuat ut in i
ferno protegas me & absco
das me, donec pertranseat fur
tuus, & constituas mihi tempus
quo recorderis mei: putasne me
tu

us homo rurſum vivet? Cunctis
ebus, quibus nunc milito, expe-
o, donec veniat immutatio mea.
ocabis me, & ego reſpondebo
bi: operi manuum tuarum porri-
s dexteram. Tu quidem greſſus
eos dinumerâſti, ſed parce pec-
tis meis.
℟. Ne recorderis peccata mea
omine. Dum veneris iudicare
culum per ignem. ℣. Dirige
omine Deus meus in conſpe-
u tuo viam meam. Dum veneris
dicare ſæculum per ignem.
℣. Requiem æternam dona eis
ñe, & lux perpetua luceat eis.
Dum veneris iudicare &c.

IN III NOCTVRNO.

ro Feria Quarta, & Sabbatho.

Antiph: Complaceat tibi Dñe.

 Pſal.

Psalmus 39.

EXpectans expectavi Dominum & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis.

Et statuit super petram pedes meos: & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum: carmen Deo nostro.

Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in Domino.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus: & non respexit in vanitates & insanias falsas.

Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis, non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

crificium & oblationem noluisti: res autem perfecisti mihi.
Holocaustum & pro peccato n postulâsti: tunc dixi, Ecce ve- o.
In capite libri scriptum est de , ut facerem voluntatem tuam: eus meus volui, & legem tuam medio cordis mei.
Annuntiavi justitiam tuam in clesia magna: ecce labia mea n prohibebo Domine, tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in rde meo: veritatem tuam & sa- are tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tu- : & veritatem tuam à concilio lto.
Tu autem Domine ne longè fa- s miserationes tuas à me miseri- rdia tua & veritas tua semper

fusceperunt me.

Quoniam circumdederunt m mala, quorum non est numerus comprehenderunt me iniquitate meæ, & non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capi los capitis mei: & cor meum de reliquit me.

Complaceat tibi Domine, u eruas me: Domine ad adiuvandu me respice.

Confundantur, & revereantu simul, qui quærunt animam mea ut auferant eam.

Convertantur retrorsum, & r vereantur: qui volunt mihi mal

Ferant confestim confusione suam: qui dicunt Euge, euge.

Exultent & lætentur super omnes quærentes te: & dicant sem per, magnificetur Dominus q di

diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.
Adjutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaveris.
Requiem æternam, &c.
Antiph: Complaceat tibi Domine ut eruas me: Domine ad adjuvandum me respice.
Antiph: Sana Domine.
Psalmus 40.
BEatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.
Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum ejus.
Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: universũ stratum eius: versâsti in infirmitate eius
Ego

Ego dixi, Domine miserere me: sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur ut videret: vana loquebatur: cor eius congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in id ipsum.

Adversùm me susurrabant inimici omnes mei: adversùm me cogitabant mala mihi.

Verbum iniqvum constituerunt adversùm me: Numquid qui dormit, non adijciet ut resurgat.

Etenim homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos: magnificavit super me supplantationem.

Tu

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

In hoc cognovi, quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmâsti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israël à sæculo & usque in sæculum: fiat fiat.

Requiem æternam &c.

Antiph: Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi.

Antiph: Sitivit,

Psalmus 41.

QVemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam & apparebo

parebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte : dum dicitur mihi quotidie, ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam trāſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confeſſionis: ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea : & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Iordanis,& Hermoniī à monte modico.

Abyſſus abyſſum invocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia

Omnia excelſa tua, & fluctus tui: ſuper me tranſiêrunt.

In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, ſuſceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contriſtat9 incedo dum affligit me inimicus?

Dum confringũtur oſſa mea: exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, ubi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam &c.

Antí-

Antiph. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Domini? Ne tradas bestijs animas confitentes tibi.

℟. Et animas pauperum tuorũ ne obliviscaris in finem. Pater noster *totum secretò.*

Lectio VII. Iob. 17.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & solùm mihi superest sepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. Dies mei transiêrunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meũ. Noctem verterunt in diem & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est;

eſt: & in tenebris ſtravi lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & ſoror mea, vermibus. Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat?

℟. Peccantem me quotidie, & non me pœnitentem, timor mortis conturbat me: Quia in inferno nulla eſt redemptio miſerere mei Deus, & ſalva me. ℣. Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua libera me Quia.

Lectio VIII. Iob. 19.

PElli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum & derelicta ſunt tantummodò labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus,

us, & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius, reposita est hæc spes mea in sinu meo.

℞. Domine secundùm actum meum noli me judicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideo deprecor majestatem tuam. Vt tu Deus deleas iniquitatem meam.

℣. Ampliùs lava me Domine ab injustitia mea: & à delicto meo munda me. Vt tu.

Le-

Lectio IX. Iob. 10.

QVare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo, me ut plangam paululùm dolorem meum: antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine: terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

℟. Libera me Domine, de vijs inferni, qui portas æreas confregisti, & visitâsti infernum, & dedisti eis lumen, ut viderent te: qui erant in pœnis tenebrarum.

℣. Clamantes & dicentes. Advenisti

venisti Redemptor noster. Qui e-
rant.

℣. Requiem æternam Qui erant.

Sequens ℟. *dicitur tunc, cùm tres Noct: recitantur, & præcedens omittitur.*

℟. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda. Quando cœli movendi sunt & terra: Dum veneris iudicare sæculum per ignem. ℣. Tremens factus sũ ego, & timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando cœli. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valde. Dum veneris. ℣. Requiem æternam. Libera me. *usque ad primum versum.*

AD LAVDES.

Antiph: Exultabunt Domino.

Psalmus 50.

Mise.

MIserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam. Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi & malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestâsti mihi.

Asperges me hyssopo, & mundabor

dabor: lavabis me & super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: & õnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua: & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domi-

Domine labia mea aperies: & os meũ annuntiabit laudẽ tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Ierusalẽm.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem æternam.

Antiph: Exultabunt Domino ossa humiliata.

Antiph: Exaudi Domine.

Psalmus 64.

Te de-

TE decet hymnus Deus in Sion; & tibi reddetur votum in Ierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum præualuerunt super nos; & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ; sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster; spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans mõtes in virtute tua, accinctus potentiâ: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes & timebunt

qui

qui habitant terminos à ſignis tu-
is: exitus matutini & veſpere de-
lectabis.

Viſitâſti terram, & inebriâſti e-
am: multiplicâſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis,
parâſti cibum illorum: quoniam ita
eſt præparatio eius.

Rivos eius inebria, multiplica
genimina eius: in ſtillicidijs eius
lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benigni-
tatis tuæ: & campi tui replebun-
tur ubertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti: &
exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ovium, &
valles abundabunt frumento: cla-
mabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam &c.

Antiph: Exaudi Domine ora-
tionem

tionem meā ad te omnis caro veniet.

Antiph: Me suscepit.

Psalmus 62.

Deus Deus meus ad te de luce. *ut supra in officio B.V. pag. 391*

Requiem æternam &c.

Antiph: Me suscepit dextera tua Domine.

Antiph: A porta inferi.

Canticum Ezechiæ Isaiæ 38.

EGo dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæsivi residuum annorum meorum: Dixi non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra; & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, à me; quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente, vitâ mea; dum adhuc ordirer, succi-

di

sit me: de manè usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad manè quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De manè usque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor, ut colūba.

Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro me: quid dicam aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit?

Recogitabo tibi ōnes ānos meos: in amaritudine animæ meæ.

Domine si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & vivificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam ut non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine salvum me fac: & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem æternam &c.

Antiph: A porta inferi, erue Domine animam meam.

Antiph: Omnis spiritus.

Psalmus

LAudate Dñum de cœlis *ut supra in officio B V. pag*: 297.

Antiph: Omnis spiritus laudet Dominum.

℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.

℟. Be

℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur.
Antiph: Ego sum.
Canticum Zachariæ Lucæ 1.
Benedictus Dominus Deus Israël &c. *vide supra. pag:* 301.
Antiph: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet: & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.
Preces infrà scriptæ in Ferialibus diebus dicuntur flexis genibus. Pater noster. *secretò.* Et ne nos inducas in tentationē, sed libera nos à malo.
Psalmus.
De profundis clamavi ad te Domine &c. *ut supra. pag:* 334.
Requiē æternam dona eis Dn̄e. Et lux perpetua luceat eis.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.
Requiescant in pace, Amen.
℣. Dñe exaudi orationé meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
OREMVS.
Deꝰ qui inter Apostolicos. &c. *ut supra in vesperis Defunctorum* Deus veniæ largitor *ibidem.* Fidelium Deus omnium. *ibid. & in fine.* Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus S. Deus, per omnia sæcula sæculorum, A.
Requiem æternam, *ut supra*
In die obitꝰ defuncti vel defũctæ.
ORATIO.
ABsolve quæsumus Dñe animam famuli tui (*vel* famulæ tuæ) N. ut defunctus (*vel* defuncta) tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis, humana conversatione commi si-

nisit, tu veniâ misericordissimæ pietatis absterge. Per D. nostrũ &c.

DEus qui nos patrẽ & matrem honorare præcepisti, miserere clementer animarum parentũ meorum, eorumque peccata dimitte, meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dñũ &c.

Pro uno defuncto Oratio.

Inclina Dñe aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiã tuã supplices deprecamur: ut animam famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & Sanctorum tuorũ iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum. &c.

Pro una defuncta Oratio.

QVæsumus Dñe, pro tua pietate, miserere animæ famulæ tuæ N. & à contagijs mortalitatis exu-

tam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Dñũ nostrũ I. C. &c.

In Anniversario die.

ORATIO.

DEVS indulgentiarum Domine da animabus famulorum famularumque tuarum quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spirit9 Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

A
M E
N.

INDVL-



INDVLGENTIÆ.

*A ſede Apoſtolica conceſſæ Soda-
ibus Congregationum B. M.
V. in Domibus & Gymnaſijs So-
ietatis IESV erigi ſolitarum:
excerptæ ex Bullis Gregorij
XIII. & Sixti V.*

INDVLGENTIÆ,

*Certis ſingulorũ menſium
diebus conceſſæ.*

MENSE IANVARIO.

1. Circumciſionis die, plenaria.
6. Epiphania Domini plenaria.
14. In feſto S. Felicis. Indulgentia ſtat: Vrb: Rom.
16. Sancti Marcelli. plenaria.
17. S. Antonij Abb. plenaria.
18. S. Priſcæ V. mart: plenaria.

20. Ss. Fabiani & Sebaſtiani plen:
21. S. Agnetis Virg: mart: ſtationum Vrbis Romæ.
22. Ss. Vincentij & Anaſtaſij 40. anni.
25. Converſionis S. Pauli. plen:
28. S. Agnetis ſecundò, ducenti anni.

FEBRVARIO

2. Purificationis B. V. plenaria.
5. In Feſto Sanctæ Agathæ. viginti octo anni.
22. Cathedræ S. Petri plenaria.
24. S. Matthiæ Apoſtoli, plenaria

MARTIO.

7. S. Thomæ Aquin: plenaria.
12. S. Gregorij Papæ. plenaria.
19. S. Ioſephi. plenaria.
21. S. Benedicti 200. anni.
24 Vigil: Annunciationis, plen:
25. Annunciationis B. V. Mariæ. plenaria.

plenaria.

APRILI.

23. S. Georgij mart: plenaria.
25. S. Marci Evang: plenaria.

MAIO.

Singulis diebus Dominicis mensis huius. plenaria.
1. Ss. Philippi & Iacobi. plena:
3. Inventio S. Crucis. plenaria.
6. S. Ioannis ante portam Latinam. plenaria.
S. Apparitionis S. Michaëlis Archangeli, plenaria.
Ascensionis Christi plenaria.

IVNIO.

2. S. Marcellini, Indulgentiæ Stationum Vrbis Romæ.
15. Ss: Viti Modesti, & Crescentiæ, centum annorum.
24. Nativitas S. Ioannis Baptistæ. plenaria.

26. Ss. Ioannis & Pauli martyrum, Indul: Stat: Vrb: Rom.
28. S. Leonis Papæ, eædem.
29. S Petri & Pauli, plenaria.
30. Commemoratio Sancti Pauli, plenaria.

IVLIO.

1. Vigilia Visitationis, plenaria.
2. Visitationis B. M. V. plenaria.
9. Octava eiusdem Festi plenaria.
17. Sancti Alexij, plenaria.
20. S. Margarithæ, Stationum Vrbis Romæ.
21. S. Praxedis Stat: Vrb: Romæ.
22. S. Mariæ Magdal: plenaria.
23. S. Apollinaris. 100. anni.
24. S. Christinæ, 40. anni.
25. S. Iacobi Apost: plenaria.
26. S. Annæ, plenaria,
27. S. Pantaleonis. 48. anni.

28. Ss. Nazarij & Celsi, 3. anni.
30. Ss. Abdon & Sennen, Statio.
Vrbis Romæ.

AVGVSTO.

1. S. Petri ad vincula, plenaria.
3. Inventio S. Stephani plenaria
4. S. Dominici Conf: plenaria.
5. S. Mariæ ad Nives, plenaria.
8. Ss. Ciriaci, Largi, & Smaragdi martyrum. plenaria.
10. S. Laurentij mart. plenaria.
11. S. Claræ Virginis, plenaria.
14. Vigilia Assumptionis B. V. M. ad Vesperas, plenaria
15. Assumptionis B. V. M. Singulis diebus ab Assumptione ad Septemb: 40. anni,
Ad Nativitatem plenaria.
Dominica infra Oct: Assumptionis.

nis. plenaria.
22. Octava Assumpt: plenaria.
24. S. Bartholomæi, plenaria.
28. S. Augustini, plenaria
29. Decollationis S. Ioan: plen:

SEPTEMBRI.

7. Vigil. Nativitatis B. V. M. plenaria.
8. Nativitas B. M. V. plenaria.
14. Exaltationis S. Crucis. plen:
20. Ss. Eustachij, &c. Stationum Vrbis Romæ.
21. S. Matthæi Apost: plenaria.

OCTOBRI.

4. S. Francisci. plenaria.
18. S. Lucæ Evang: plenaria.
28. Simonis & Iudæ, plenaria.

NOVEMBRI.

1. Festo die Omnium Ss. plen:
2. Die Fidelium defunct: plen:
8. Octavâ Ss. Omnium, plen:
9. Dedicatio Salvatoris, plen:
11. S. Martini, 3. ann.
18. Dedicatio Basilicæ S. Petri. plenaria.
21. Præsent: B. M. V. plenaria.
22. S. Ceciliæ, plenaria.
23. S. Clementis Papæ, plenaria.
25. Catharinæ, stat: Vrb: Rom.
30. S. Andreæ Apostoli, plenaria.

DECEMBRI.

4. S. Barbaræ, stat: Vrb: Rom;
5. S. Sabbæ, Abb. 100. anni.
6. S. Nicolai. plenaria.
7. S. Ambrosij, plenaria & propter Vigiliam Concep: B. V. M. ad Vesperas, plenia.

8. Con-

8. Concepit: B. M. V. plenaria.
21. S. Thoma Apoſt: 300. anni.
24. Vigilia Natalis Dñi, plenaria.
25. Die Nativit: Domini in prima & ſecunda Miſ: plenaria.
26. S. Stephani, plenaria.
26. S. Ioannis Evang: plenaria. Tùm verò liberatio animæ ab igne Purgatorij.
28. Ss. Innocentium. plenaria.
31. S. Sylveſtri, ſtat: Vrb: Romæ.

INDVLGENTIÆ,

Stationum Vrbis Romæ, in Feſtis Mobilibus.

Singulis diebus Dominicis Adventûs.

Singulis diebus quatuor temporum Adventûs.

Dominicâ Septuageſimæ.

Dominicâ Sexageſimæ.

Ab initio Quadragesimæ ad Festum Paschatis, singulis diebus consequenter sodales Indulgentias concessas ijsdem diebus: stat: Vrbis Romæ.

Diebus sequentibus promerentur sodales Indulgentias ijsdē diebꝰ concessas visitātibꝰ Ecclesias

Feriâ 2. post Cinerum, primâ Dominicâ Quadragesimæ: feriâ 2. post secundam & post tertiam Dominicam: item feriâ 3. sequenti: feriâ 2. sequenti feriâ 2. post 5. Dominicam: feriâ 2. atq; feriâ 6. Dominicæ 3. in Quadragesima.

A Paschate consequuntur Indul: stat: Vrbis Romæ.

Die ipso Paschatis ac sequenti, nec non usque ad Dominicam in Albis inclusivè præterquàm feriâ tertiâ.

Feriâ

Feriâ 2. maiorum Litaniarum Ascensionis Domini, Dominicâ Pentecostes, singulisque diebus Octavæ ad Sabbathum inclusivè.

Liberatio animæ è Purgatorio, diebus hisce conceditur.

Die Festo S. Ioannis Evangelistæ, 27. Decembris.

Dominicâ Septuagesimæ: feriâ 3. post primam Dominicam Quadragesimæ:

Die Sabbathi post Dominicam Passionis:

Feriâ 4. â Paschate.

Feriâ 3. Pentecostes:

Die Sabbathi ab eodem festo.

Supradictas omnes Indulgentias & singulas earum consequentur sodales, si puri à peccato mortali, Ecclesiam Soc: IEsu, si ea fuerit

erit ubi illi morantur alioquin aliã
quamvis Eccleſiam ſeu Capellam
devotè viſitaverint & ibi ſepties
orationem Domini & ſalutationem
Angèlicam ſepties recitaverint.

Ad maiorem cognitionem dicta-
rum Indulgentiarum ſciendum eſt,
illas eaſdem eſſe cum ijs, quæ di-
cuntur Indulgentiæ ſtat: Vrbis
Rom: ſeu eſſe ipſas Indulgentias
Stationum Romæ,

Scilicet, devotè viſitantibus a-
liquot Eccleſias Vrb: Rom: cele-
briores, magnæ olim à Rom: Pon-
tificibus conceſſæ ſunt varijs anni
diebus Indulgentiæ, quæ Statio-
num Vrb: Rom: nuncupantur: il-
las ergo omnes Gregorius XIII.
ſingulari privilegio conceſſit Soda-
libus Congregationum B. V. M.
recitantibus eo modo, quo paulò
ante

ante dictum est, ijsdem diebus septem Pater & Ave, ut patet, ex eiusdem Greg: Bulla.

Aliæ indulgentiæ plenariæ, quas consequuntur Sodales.

1. Quo die recipiuntur in Sodalitatem. 2. In articulo mortis, dummodo verè pœnitentes & confessi ijs diebus communicaverint.

Quicunque Sodales, & qui sunt extra Sodalitatem Christi fideles utriusque sexûs, verè pœnitẽtes & confessi, ac Sacrâ communione refecti, Ecclesiã, seu Capellã Congregationis, in die Annuntiationis B. V. vel alterius solennitatis, invocationis, seu tituli uniuscuiusq; Sodalitatis, à primis eiusdem diei vesperis, usque ad solis occasum eiusdem festivitatis devotè visitaverint, & inibi pro Reipub. Christianæ

stianæ conservatione & augmento, pro hæreseon extirpatione, principum Christianorũ mutuâ & universali pace, ac Romani Pontificis prosperitate oraverint, vel alias preces, prout unicuique suggeret devotio: ad Deum piè effuderint, Indulgentiam plenariam consequentur.

Indulgentiam unius Anni consequentur Sodales.

1. Quoties Corpora Defunctorum ad Ecclesiasticam sepulturam prosecuti fuerint.

2. Infirmi vel impediti qui audito signo campanæ genuflexi, (si per infirmitatem licebit) Orationem Dominicam, & salutationem Angelicam pro salute animæ defuncti vel Corporis infirmi recitaverint,

3. Qui

3. Qui cœtibus tùm publicis tùm privatis, pijs officijs spiritualibus colloquijs & exhortationibus interfuerint.

4. Qui conscientiam suam diligenter vesperi examinaverint.

5. Qui pauperes, infirmos, vel carcere detentos visitaverint.

6. Qui pacem inter inimicos cõciliaverint.

Has omnes indulgentias, consequi possunt Sodales, etiam dum commorantur in locis, in quibus nec Ecclesia Soc: IESV est, nec Congregatio? dũmodò opera, quæ Sodales præsentes Congregationi pro singularum Indulgentiarum consecutione observare debent; ipsi exequantur.

Advertendum autem est, neminem in peccato mortali existentẽ

onsequi posse Indulgentiam ul-
lam: quare necesse est ad eius con-
secutionẽ, ut ille vel contritione
vera cum proposito confitendi,
vel pœnitentiæ Sacramento, pec-
cati remissionem sibi priùs concili-
et: etiam contritione sola peccatũ
mortale deletur; manente tamen
obligatione illud, etiam de-
letum, clavibus Sacerdo-
tis per Confessionem
subijciendi.

Ad M. D. G. B. V. M. S.
L. O. C. Honorem.



